

De An



JOANN. FRANCISC. RÓSA  
NOBIL. HUNGARI JÁSZ - BERÉNYIENSIS  
CHIRUR. ET ARTIS ÓBSTETRICIÆ MAGIST.

DISSERTATIO  
INAUGURALIS PRÆCEPTIO-  
NIBUS CHIRURGICIS ÓBSTETRI-  
CIIS ET MEDICIS ACCOM-  
MODATA

DE

HYSTERITIDE

ADJUNCTIS

OBSERVATIONIBUS  
CHIRURGICIS,

ET

THESIBUS;

QUAM

*Annuente Incllyta*

FACULTATE MEDICA,  
IN CELFBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE  
BUDENSI,

*Pro laurea Doctorali, Privilegiisque Docto-  
ralibus, per Regiam Universitatem Buder-  
sem conferri solitis, legitime impetrandis*  
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI  
*submitte.*

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS  
PALATIO MAJORE.

DIE 8<sup>a</sup> MENSIS MART. M. D. CC. LXXII.

---

Typis Catharinæ Landerer, Viduæ.

MAGNIFICO

AC

SPECTABILI DOMINO  
ANTONIO VÖRÖS  
DE FARAD

INS. ORD. S. STEPHANI APOSTO-

LICI HUNGARIÆ REGIS

EQUITI,

S. C. ET R. A. MAJESTATIS

CONSILIARIO,

INCL. TABULÆ REGIÆ JUDICIARIÆ

ASSESSORI;

ET

VICE LOCUMTENENTI;

INCL. FACULT. JURIDICÆ IN RE-

GIA UNIVERSITATE BUDENSI

DIRECTORI, AC PRÆSIDI;

NEC NON .

INCL. SENATUS REGIÆ UNIVER-

SITATIS BUDENSIS

ITIDEM

ASSESSORI;

DENIQUE

SUPERIORI

SCHOLARUM REGIO

ET

STUDIORUM PER DISTRICTUM

BUDENSEM

DIRECTORI.

**O**pusculum, mole sua exiguum, nunquam **TIBI, MAGNIFICE DOMINE,** dicare ausus fuisssem, nisi tantum in **TE** esset humanitatis eximie, quantum universi, qui **TE** noverunt exactius, ingenii, rationis, memorie, literaturæ, consiliorum, atque diligentie, tanquam propriarum facultatum, ac virtutum **TUARUM,** hæctenus in **TE** suspexissent. Has cum ego a multis celebrari audivisssem frequentissime, talemque reperisssem, cæpi **TE** venerari, ac bene precandi studio ad cælos efferre.

*Nec me optimorum pro TE uo-  
torum unquam pœnituit; quippe  
quem singulari quadam modestia præ-  
ditum, Rex, Proceres, Regnum  
semper advertere; atque ideo non  
vulgaribus benevolentiae signis, at-  
que argumentis, quavis opportunita-  
te data, prosecuti fuere. Etenim  
ut paucis commemorem plurima, TU,  
exemplo nostris temporibus TUO,  
satis peruasisti, quærentem honores  
ac dignitates parum aut nihil con-  
sequi, easdem vero fugientem, nihil-  
que de sese suolime cogitantem, at-  
tollî, atque altiore in loco collocari,*

Sic TE, nihil tale cogitantem, per-  
spectis tamen animi TUI dotibus,  
sua commendatione, ad conspicuam  
in Regno Magistri Proto-Notarii di-  
gnitatem præclaræ memoriæ Comes  
Palatinus, LUDOVICUS a BAT-  
TYÁN evexit; quo munere quanta cum  
omnium approbatione functus fueris,  
hodie quoque narrare non desinunt,  
sive ii, qui TE, quæ ad causam u-  
namquamque pertinebant, accura-  
tissime, ac disertissime referentem, in  
sacro illo ac severissimo Judicium in-  
tegerrimorum confesso, præsentem  
audire, sive qui TUA illa novere  
studia, quæ alacriter contulisti, ad

redigendas in unum corpus decisiones  
juridicas, utriusque Curiae, tam  
Regiae, quam Septem-Viralis dictae;  
posteaquam ad hoc opus, magno ju-  
ventuti hungaricae usui futurum,  
Regio nutu, tanquam unus eorum,  
qui acerrime inquireret, & perspi-  
cacissime de rebus judicaret, arbiter  
designarere. Crevit exinde TUI  
apud omnes existimatio in dies, adeo  
ut nihil crederetur tam arduum,  
quod non efficeret eo cum successu,  
quem optare sibi omnes, sperare ii  
solum possunt, qui non suam priva-  
tam, sed publicam Regni felicitatem  
querentes, non actionum modo, sed



intentionum quoque suarum feceros  
se iudices faciunt, ac, ut paucis dicam,  
DEO successum laborum suorum  
commendantes, in id unum incumbunt,  
ut obligationum suarum rationes  
quam diligentissime subducant, im-  
pleantque. Talem certe TE novit  
serenissimus DUX ALBERTUS,  
cum TE, Locumtenentis Regii, sui  
loco, munere fungi voluit: talem, cum  
plures ad TE exaravit literas, ple-  
nas affectus Regii, testes præclare  
gestorum, ac ejus sensus indices,  
quod locum tantæ auctoritatis ac  
dignitatis decentissime impleres.

Quid quod & ipsa magnæ memorie Regina Apostolica MARIA THERESIA capacissimæ mentis TUÆ conscia, TE jam anno 1776 Superiorem scholarum ac studiorum Directorem, Districtus Budensis primum, postea in Regia Universitate, ad summum Regni ornamentum introducta, atque inde Tyrnavia Budam translata, J. Facultatis Juridicæ Directorem ac Præsidem renunciavit, magna scientiæ TUÆ juridicæ commendatione; magno eorum, quos moderaris, solatio; magna disciplinarum Jurisprudentiæ utilitate; magno illorum, qui Facultatis

hujus Viros lectissimos, ac præstantissimos audiunt, fructu, ac emolumento, in universa Regni Tribuna-  
lia juridica redundante.

Eadem TE Commissarium esse voluit, in arduo illo provincie Temesiensis, Regno Hungarice adjiciendæ, negotio: ubi dum biennio fere versareris, mira eloquentie TUÆ suavitate, ac rationum pondere, tantum ac tam ingens TIBI nomen comparasti, ut TE ex illa provincia reducem, Aradinum usque, longo, atque insigni comitatu deducerent, ac valescientes, testes amoris tenerrimi lachrymas, viri illi spectatissimi adhiberent.

Non parva est hæc lachrymarum,  
TUI amore effusarum, TUI com-  
mendatio, quin major quacunque  
commendatione verborum; illud ta-  
men TE quidem, singulari quadam ra-  
tione, commendare videtur quamma-  
xime, quod gravissimis licet labori-  
bus circumseptus, ita curas ante o-  
culos posita, ut absentium quoque  
memineris, certumque efficias, eos,  
qui TE indigent, præter Personam  
TUAM rei alicujus alterius detri-  
mentum nunquam persensisse. Certe  
cum in Provincia Temesiensi difficilli-  
ma tractares negotia, simul tamen  
providentiam TUAM non tantum in

*Districum tuum literarium, ac  
Facultatem Juridicam, sed in ipsius  
etiam Regiæ Universitatis comoda  
atque ornamenta porrexisti, dum  
nullis laboribus, nullis sumptibus pe-  
percisti, ut, variarum rerum collectio-  
nibus additis, Musæum rerum natu-  
ralium locupletares. Idem præstitisti  
rei nummaricæ & antiquitatum colle-  
ctioni, compluribus aureis, argenteis,  
& cupreis, exacta cum crisi, ære tuo  
collectis, & comparatis nummis; variis  
item Deorum simulacris, ac pri-  
scorum armis Nummophylacio, & col-  
lectioni antiquitatum Universitatis  
nostræ adjectis, & donatis; quæ quo-*

ties Clar. viri MATTH. PILLER,  
& STEPH. SCHÖNWISNER, ille  
historice naturalium, iste rei numma-  
ricæ & antiquitatum, Professores pub-  
lici, viri solertissimi, ac humanissimi  
hospitibus forte advenientibus exhi-  
bent, toties TUUM in hanc Univer-  
sitate[m] studium commendant, alios-  
que invitant, ad TUA sèctanda ve-  
stigia, quem, non opinione vulgi ma-  
gnum, & divina gratia felicem effecit,  
& humana.

Quid igitur mirum, quod Au-  
gusta MARIA THERESIA TE,  
cum in Provincia Temesiensi partes  
TUAS explevisse TE crederes, ve-

*niamque peteres ad nos redeundi, præmio viris de Rege, & Regno optime meritis, decerni solito, honoraverit, & antequam redires, Temesiaque excederes, Equitem esse iusserit s. STEPHANI, Hungariæ Regis Apostolici, TE que spectatissimo hoc suæ in TE gratiæ Regiæ argumento, nobilissimæ Familiæ TUÆ, totique Regno splendidio-rem exhibuerit, reddideritque.*

*Quæ quo majora sunt, eo majorem mihi gratiam præstitisti MAGNIFICE DOMINE, quod opusculum tenue de HYSTERITIDE cum observationibus chirurgicis, ductu*

*Clar. Viri JOS. JAC. PLEÑCK  
Chirurgiæ, nec non artis obstetriciæ  
Professoris, apud nos, exterosque  
Celeberrimi, qua assistente Nosocomii  
practici, a me factis, & collectis, no-  
mine TUO ornari, TIBIQUE in-  
scribi passus fueris; pro qua gratia,  
dum nihil TIBI referre possum a-  
liud, quam hoc ipsum opusculum,  
TIBI æternum devotus maneo, &  
sum cum summa veneratione, qua  
nulla profundior,*

**MAGNIFICI NOMINIS TUI**

Cultor humillimus

IOANN. FRANCIS. RÓSA.





# H Y S T E R I T I S.

## D E F I N I T I O.

*Hysteritis* est inflammatio uteri in toto vel parte cum febre acuta continua.

## G E N E R A.

Hæc bifariam dividi possunt, nempe

I. Magnitudo inflammationis si spectetur, est

1. *Erysipelas* uteri, cujus meminit HIPPOCRATES (a), seu HOFFMANNO (b) *hysteritis superficialis* levior dicta. Tum

---

(a) De morb. mulier. L. 2. No. 232. p. m. 663.

(b) Med. rat. syst. T. 4. P. 1. S. 2. C. 10. thes. path. §. 3.

2. *Pblegmone uteri*, HOFFMANN-  
NO (c) profundior seu gravior hy-  
steritis.

II. Extensio vero si consideretur, hy-  
steritis est

1. *Totalis*, quæ omnem uteri sub-  
stantiam undiqve afficit. Contra ea

2. *Partialis*, si aliqua solum uteri  
pars est inflammata, v. g. fundus, cer-  
vix, corporis latus lævum dextrumve,  
aut pars antica vel postica, orificium.  
Ad quod primus respexit P. ÆGINE-  
TA (d).

## C A U S A E.

### I. P R O X I M A

Est generalis inflammationis ad uterum  
determinata.

### II. R E M O T A E.

#### A. P R O E G U M E N A E.

I. *Irritabiles mulieres*. „ Experien-  
„ tia . . . teste, inquit HOFFMAN-

(c) Ibidem.

(d) L. 3. C. 64.

„ NUS (e), feminæ teneræ, exquisi-  
 „ tioris sensus, in vehementes animi  
 „ commotiones pronæ, pathematibus  
 „ spasmodicis & flatulentis obnoxia,  
 „ mensum inordinato successu affectæ,  
 „ alvi adstrictioris, si gravidæ fiunt,  
 „ post partum quam facile in lochio-  
 „ rum suppressionem cum febre uteri  
 „ acuta incidunt „.

2. *Plethorica.* FORESTI (f) mu-  
 lier Delphensis plethorica sine alia ma-  
 nifesta causa incidit in hysteritidem.  
 Aderat rubor faciei, & oculorum cum  
 dolore, urina rubra crassa, palpitatio  
 uteri, calor tumor gravitas ac dolor  
 acutus sub umbilico, ad spinam, ingvi-  
 na, coxas, ad præcordia ascendens,  
 in dextro præsertim uteri latere magis  
 sæviens. Hinc secta basilica dextra, il-  
 lito ac frito loco dolente discutientibus,  
 datoque julepo ac enemate antiphlogi-  
 sticis, biduo post V. S. exhibitum ec-  
 coproticum, iteratumque post 4 diem,  
 ubi dolor remisit: datisque sub finem  
 tonicis ægra convaluit.

3. *Gravidæ* vero ac *puerperæ* fre-  
 quentissime præ aliis huic malo sunt ob-

(e) l. c. §. 6.

(f) Obs. & cur. med L. 28. Obs. 42.

uoxiæ; istæ ob vulnus uteri, lachry-  
 rumque facilem suppressionem, &c. illæ  
 ob sanguinis in utero copiam, uteri tensio-  
 nem, &c. Interea P. J. HOCTIN (g) „ra-  
 „ rius . . . dico hocce morbo corripi  
 „ putat in utero gerentes; illo quippe  
 „ feminarum stadio omnia uterina vasa  
 „ evoluta observantur . . . ultimoque  
 „ graviditatis tempore extremitatem  
 „ digiti minimi facillime admittunt „  
 Verum enim vero quidquid hic theo-  
 ria solatii adferre videtur, experientia  
 nihilominus contrarium docet; nam ut  
 inferius (b) visuri sumus, validissima  
 uteri aliqua sui parte compressio a fœ-  
 tu facta haud secius gangrænam uteri  
 gravidæ accersit, ac diuturnus in os sa-  
 crum decubitus causare consuevit. Quid  
 quod idem etiam efficiat

4. *Uteri situs vitiosus*, ad quem præ-  
 primis hic referendus est ejus

a) *Prolapsus*, quo præsentē vel  
 orificiū uterini constrictio vel frigus ad-  
 missum, notante HOCTINO (i), in-

(g) Diss. de inflammat. uteri (4to Lugd. Bat.  
 1779.) Sect. 2. p. 12.

(b) Vide prognos. No. 4. d)

(i) l. c. Sect. 1. p. 8.

flammationem ex facili causare poterunt; cujusmodi casum ex BOEHMERO apud W. TRNKA (k) videre est. Non ab-  
 ſimilem quoque huic observationem vi-  
 dere est apud F. MAURICEAU (l):  
 mulieri prolapsum genitalium paſſæ chi-  
 rurgus imperitus, ſarcoma eſſe ratus,  
 illudque extrahere & auferre conatus,  
 totum uterum uſque adeo evulſit, ut  
 ægra prolapsum ejus annos aliquot paſ-  
 ſa, demum vehementi hyſteritide ob-  
 orta perierit.

b) *Retroflexio*, a qua letalem hy-  
 ſteritidem ortam vidit T. KLINKOSCH  
 narrante I. WLCZEK (m), nempe „fe-  
 „mina 27 circiter annorum juſto cor-  
 „poris habitu prædita, vitam in ſervi-  
 „tiis laborioſam, & ſanam ſimul trans-  
 „igere ſolita, nunc militi gregario nu-  
 „pta, primum fiebat gravida; ad me-  
 „dium tertii graviditatis menſis difficul-  
 „tatem in excernenda urina & alvo in-  
 „ſolitam, & ſucceſſive increſcentem  
 „percipiebat; ad initium quarti men-

(k) Hiſtor. leucorrhææ §. 35. A. b). p. 98.

(l) Obſerv. 109.

(m) Diſſ. de utero retroflexo p. 17. ſqq. 8vo.  
 Pragæ 1777.

„ sis ingentibus per vices circa lumbos,  
 „ pelvim, coxas affligebatur doloribus,  
 „ torminibus, vomituritionibus, aliis-  
 „ que symptomatibus, quæ abortum in-  
 „ stantem indicare videbantur; obste-  
 „ trix advocata, & inquirens referebat  
 „ vaginam totam tumore duro magno,  
 „ ut ajebat ab intestino ultimo fecibus  
 „ duris accumulatis distento, versus an-  
 „ teriora protrudi, & comprimi adeo,  
 „ ut digito suo cum difficultate non exi-  
 „ gua ad orificium uteri perveniret,  
 „ orificiumque uteri esse ultra consue-  
 „ tudinem sibi notam nimis alte situm,  
 „ simulque molle, & insigniter adper-  
 „ tum. Sanguinis fluxus interea tamen  
 „ nullus observabatur, sed difficultas  
 „ deponendæ alvi, & emittendæ urinæ  
 „ cruciabant ægram enormiter. Alvus  
 „ continuo adstricta, in principio mor-  
 „ bi solvebatur quidem suppositoriis, &  
 „ clysmatibus, nunc vero pertinaciter  
 „ omnibus resistebat remediis; clysmata  
 „ cum difficultate, & molestia adpli-  
 „ cata, aut inter injiciendum refluebant  
 „ continuo, aut una cum fecibus re-  
 „ tinebantur, & dolores aliæque inde  
 „ pendentia mala augebant. Alvus tan-  
 „ dem, fluidissima licet, cum dolore  
 „ intestini recti, partium genitalium,

„ totiusque abdominis magno prodibat.  
 „ Urinæ exiguam copiam quotidie, &  
 „ frequenter solebat emittere, sed sem-  
 „ per cum dolore; aliquando subito  
 „ magnam ejus copiam cum ejulatu  
 „ reddebat ægra. Abdominis intumes-  
 „ centia crescebat indies, duritiesque  
 „ quædam sed variabilis, ab ossibus pu-  
 „ bis ad umbilicum usque extensa, qua-  
 „ lis in gravidis alias septimo mense ha-  
 „ betur, se offerebat, quæque ad atta-  
 „ ctum immaniter sensibilis erat. Versus  
 „ finem quarti mensis se insinuabant cru-  
 „ ciatus verorum dolorum similes adeo  
 „ violenti, ut abortum jam jam instan-  
 „ tem mentirentur, quo tempore simul  
 „ conquirebatur ægra de retractione  
 „ dolorifica partium genitalium versus  
 „ interiora abdominis; digitus obste-  
 „ tricis ob cavitatem vaginæ clipfi eli-  
 „ sam, & ob dolorem partium non am-  
 „ plius ad os uteri pervenire potuit.  
 „ Augebantur interim continuo dolores  
 „ gravissimi sine intermissione durantes,  
 „ regionem lumbarem, & pelvim oc-  
 „ cupantes, accedebant anxietates,  
 „ pervigiliæ molestæ, sitis immanis,  
 „ febris inflammatoria, & ad finem  
 „ quarti graviditatis mensis inter ma-  
 „ nus feminarum ei consulentium mors.

„ Infolitus graviditatis ftatus, infolita-  
 „ que morbi eam concomitantis facies  
 „ maritum defunctæ impulit, ut Clariffi-  
 „ mum Anatomix Profefforem adiret, &  
 „ fectionem cadaveris peteret, quam li-  
 „ benter, & avide... A. 1768 in fe fuf-  
 „ cepit. Abdomen totum adparebat tu-  
 „ midum, inflatum, aliquantum molle,  
 „ nullam gravidæ uteri firmitatem, &  
 „ duritiem oftendens. Pudenda, pe-  
 „ rinæum, extremitas inteflini recti,  
 „ rubra, inflammata. Labia externa  
 „ pudendorum erant quafi in vaginam  
 „ marginibus fuis retracta; quibus di-  
 „ ductis pronæum feu vestibulum vul-  
 „ væ totum cum nymphis, & orificio  
 „ urethræ ultra pollicem unum vide-  
 „ batur altius, ita, ut ad finem poste-  
 „ riorem finis vulvæ columna rugarum  
 „ in pariete posteriori vaginæ fita, ad-  
 „ parerét ob parietem fuum anteriorem  
 „ nimis elevatum denudata. Perinæ-  
 „ um durum tumidum protrufum. Ex-  
 „ ploratio vaginæ, & inteflini ultimi  
 „ mediante digito, qui cum fuma dif-  
 „ ficultate in utramque hanc viam pe-  
 „ netrabat, facta docuit corpus quod-  
 „ dam durum, globofum, totam pel-  
 „ vis cavitatem replere, vaginæ, in-



„ testiniquæ ultimi clippin inde pendere,  
 „ orificium uteri internum adeo altum  
 „ tenere situm, ut digitus vix eo attin-  
 „ geret. E cavo abdominis, sectione a-  
 „ natomica aperto, magna copia liqvo-  
 „ ris loturæ carnis similis effluebat, ma-  
 „ teries alba, quasi caseosa. qualis su-  
 „ perficiebus inflammatis a lymphâ coa-  
 „ gulabili iunascitur, innatabat. Ad  
 „ regionem umbilicalem detegebatur  
 „ faccus quidam membranaceus late ex-  
 „ pansus, musculis abdominalibus ad-  
 „ hærens, parietem anteriorem abdo-  
 „ minis ab ossibus pubis ad umbilicum  
 „ usque occupans, qui erat vesica uri-  
 „ naria in immanem magnitudinem di-  
 „ latata, quoad substantiam suam cras-  
 „ sior simul facta, ex pelvi inter peri-  
 „ tonæum, & musculos abdominales ad  
 „ umbilicum usque extensa, ubi ne-  
 „ quaquam sine globoso, prout alias  
 „ quodammodo solet, sed linea, quasi  
 „ transversa, longa cum lateralibus  
 „ marginibus vesicæ angulum consti-  
 „ tuente desinebat; quique faccus ve-  
 „ sicæ pro utero gravido imponebat.  
 „ Intestina crassa a fecibus immaniter  
 „ distenta. Vesica urinaria, intestina  
 „ omnia præcipue colon sinistrum ad

„ flexuram iliacam inflammata, mucos  
 „ albo spisso tenaci obducta, & hinc  
 „ inde ad superficiem externam exul-  
 „ cerata erant. De utero gravido ve-  
 „ ro necdum quidquam adparebat; sed  
 „ remotis intestinis tenuibus primum  
 „ conspiciebatur forma insolita dona-  
 „ tus, e pelvi hemisphærii instar emi-  
 „ nens, & pelvim totam exacte replens,  
 „ indeque vesicam urinariam, intesti-  
 „ num ultimum arctè comprimens. Ad  
 „ certiores figuram, situmque uteri  
 „ determinandum diffracta sunt ossa pel-  
 „ vis, sinistrumque os innominatum  
 „ remotum. Cavitas pelvis amplior,  
 „ quam alias inveniri solet. Mensura  
 „ superioris aperturæ pelvis, seu di-  
 „ stantia inter synchondrosin ossium  
 „ pubis, & inter summam ossis sacri  
 „ partem erat 5 pollicum, & 4 linea-  
 „ rum. Situs uteri a consveto singu-  
 „ lariter recedebat: corpus uteri ad or-  
 „ tum cervicis retrorsum, & deorsum  
 „ inflectebatur ita, ut fundus ejus in-  
 „ ter vaginam, & intestinum rectum  
 „ descendens tangeret regionem peri-  
 „ næi, illamque urgeret, & quum ute-  
 „ ri corpus ob molem nimis auctam,  
 „ & continuo incrementem se ipsum in  
 „ pelvi incarceraret, totamque arctissimè

„ me replet, ea pars, a qua cervix  
 „ uteri recedit, quæque in hoc situ per-  
 „ verso superiora spectabat, extrude-  
 „ batur supra marginem pelvis hemi-  
 „ sphærii instar: huic eidemque sedi in-  
 „ hærebat pars inferior vesicæ ureteres  
 „ recipiens, & urethram emittens. Re-  
 „ liqua corporis uteri circumferentia  
 „ ob pelvim resistentem adquirebat figu-  
 „ ram, quæ cavitatem pelvis quoad  
 „ omnia exprimeret. Cervix uteri de  
 „ hemisphærio hoc elevato, sub angu-  
 „ lo acutissimo orta, descendebat, mol-  
 „ lis, tumida, multum solito longior;  
 „ orificium ejus, uterinum dictum,  
 „ molle, apertum, altius tamen situm.  
 „ Vagina uteri ab utero suo tota com-  
 „ pressa, sed simul latior, & altius  
 „ tracta erat. Tubæ Fallopiæ, & ova-  
 „ ria, tota compressa, cum utero in  
 „ fundum pelvis detracta jacebant. O-  
 „ mnes hæ partes dictæ, ad genitalia  
 „ pertinentes omnesque reliquæ ab-  
 „ dominis partes valide inflammatae  
 „ erant. Uterus fœtum continebat quin-  
 „ decim circiter hebdomadam, totum  
 „ ex fusco rubrum, inflammatum, na-  
 „ tantem in liqore amnii copioso, cla-  
 „ ro, pellucido, naturaliterque con-

„ stituto. Situs fœtus erat, qualis jux-  
 „ ta leges gravitatis esse debuit, semi-  
 „ flexis omnibus membrorum articulis,  
 „ arcuata spina, inflexo, & versus in-  
 „ feriors, id est, versus perinæum ma-  
 „ tris directo capite, pedibus superiora  
 „ spectantibus. Placenta fœtui suo pro-  
 „ portionata annectebatur medio fundo  
 „ uteri „.

5. *Morbi uteri* alii, ut scirrhi, &c.  
 cujusmodi exemplum apud MAURICEAU (n) reperire est.

## B. P R O C A T A R C T I C Æ.

I. *Coitus* fervens, ultimis gravidita-  
 tis mensibus (o) præsertim habitus. I. T.  
 KLINKOSCH (p) „ secuit . . . cadaver  
 „ puerperæ hysteritide demortuæ, cu-  
 „ jus maritus amare retulit, eam sem-  
 „ per sanam vixisse, binarum prolium  
 „ matrem fuisse, ab ultimo vero coitu,  
 „ duabus diebus ante partum acto, do-  
 „ loribus summis ac tensione ventris,  
 „ febre, hæmorrhagia uteri, correptam

(n) *Observ.* 335.

(o) FOREST. l. c. schol. ad Obs. 41.

(p) *Progr. de hydrocephalo fœtus rarior.* 4<sup>to</sup>  
 Prægæ 1773.

„ fuisse, fœtum, quem paulo ante sen-  
 „ tiebat vivum, exclusisse mortuum  
 „ 8<sup>o</sup> gestationis mense, & 3<sup>a</sup> a partu  
 „ die, signis inflammationis uterinæ  
 „ præcedentibus, subito periisse „.

2. *Ingesta* acria, calida, in primis emmenagoga, vel aristolochica improvide usurpata. Sic Vindobonæ illustris puella acrem tineam capitis habens, mensesque ultra consuetam ætatis periodum haud dum experta, cum spes esset, fore, ut his erumpentibus a turpi ac pertinaci tineam liberetur, usurpata hunc in finem TR<sup>a</sup> hellebori subito hysteritidis correpta signis obiit. Meretrices hic præsertim non raro meritas luere solent pœnas, dum hujusmodi remediis assumptis abortum sibi nefarie consciscere adnituntur. Sic MAURICEAUII (q) mulier in 5<sup>to</sup> vel 6<sup>to</sup> mensem utero gerens ob tentatum ante dies circiter 20 omni opera ab obstetrice cum per interna remedia tum externam uteri reclusionem tentatam abortum incidit in totius corporis vehementes dolores & hysteritidem incipientem cum pauculo simul sanguinis ex utero effluxu. Innumeræ au-

---

(q) Observ. 318.

tem puerperæ idem experiuntur , dum gulæ indulgentes potius quam rationi vino aliisque potibus spirituosus indulgent. Sic a vino hysteritidem cum ALIX (r) tum VALLISNERIUS (s) suis in puerperis observarunt. Gravidæ quoque id genus imprudentiæ commissæ haud raro pœnas luunt , quod HOFFMANNI (t) mulieri accidit.

3. *Menses lociave* aut alius quivis uteri fluxus subsistens. I. STORCH (u) meminit mulieris 40 annis majoris, quæ a suppressis mensibus hysteritidem semel atque iterum est perpeffa: perinde narrat BAJON (x) mulierem a suppressa usu octiduoano empyrici remedii leucorrhœa in gravissimam incidisse hysteritidem, quæ secta licet brachii vena, adhibitisque semicupiis, fotibus, & enematis emollientibus ac anodynis, atque usurpato potu diluente, in suppurationem abiit. Tum vero vaporibus & injectionibus relaxantibus immixtis abscef-

(r) Vide curat. pharm. No 1.

(s) Vide prognos. No 3. a).

(t) Ibidem b).

(u) Ibidem d).

(x) ROUX Journ. de Medecine Tom. 32, An. 1770. Juin p. 521.

flus in cavum uteri ruptus ut minimum ℥ ij puris per vaginam effudit. Quo facto adhibitis idoneis remediis ægra intra bimestre prorsus convaluit. Rarius isthoc est, multo autem frequentius morbus a lochiis suppressis evenit, velut in casibus H. ab HEERS (y) HOFFMANNI qve (z) videre est.

4. *Vis externa* quæcunqve utero illata a fœtu, obstetrice, &c. est frequentissima hysteritidis causa. „ Inflammatio uteri, inquit P. ÆGINETA (a), „ fit ex pluribus causis, nam & ex plaga, & mensium suppressione, & frigiditate, & inflatione, non minus „ etiam ex abortu, & partu propter „ malam partus editionem „. Uteri sane cum semper alias, tum præsertim fœti sunt perquam irritabiles: unde „ etiam tunc, ait H. BOERHAAVE (b), „ caute agere oportet, quando digitus in uterum inseritur; nam si vel „ paulum ungue læseris, inflammabitur, „ & cum inflammato utero paucissimæ

(y) Ibidem c).

(z) Vide curat. pharm. No 4.

(a) l. c.

(b) Præl. acad. c. n. HALLERI T. 5, P. 2.  
§. 685. p. m. 203.

„ feminæ servantur „. Sic uterus MÜZELLII (c) feminæ ungue ab obstetrice læsus inflammationem concepit. Idem a placenta violentius, quam par erat, ab utero avulsa accidit puerperis in Annalib. Vratisl. (d), & quarum meminere FUCHSIUS (e), WERLHOF (f), WOLFFIUSQUE (g). P. FORESTUS (b) quoque narrat plebeiam mulierem a viro calcitrone circa uterum percussam, paulo post loci uterique validum sensisse dolorem ad stomachum usque excurrentem, cum lotii difficultate. Accessit cephalalgia, colli digitorumque distentio, pulsus parvus ac celer, & alvi obstructio. Tusa proinde cubiti vena, injectum euema molle & eccoproticum, loco læso illita discutientia, interne data antiphlogistica. Altero die tusa saphæna, injectiones resolventes in uterum factæ, fetus resolventes anodynini ventri admoti; post 4tum diem remittente morbo datum eccoproticum. Ab

(c) Vide ulcus uteri.

(d) Vide curat. chir. No 5.

(e) Vide prognos. No 4. d)

(f) Vide curat. chir. No 5.

(g) Vide curat. pharm. No 4.

(b) l. c. Obs. 41.

his



his mulier convaluit. Contra ea FISCHERI (i) primipara 18 annor. ob resitantem in utero secundinam continua animi deliquia passa, post eandem vero lapsis 28 horis a partu violentius exemptam exhorrescens insequente æstu cum tumore summoque dolore abdominis, pulsu celeri ac magno, virium prostratione, delirioque cum continenter in pejus rueret, nullo in mammis secreto lacte, die 14<sup>to</sup> extincta est. Hinc in secundinis „ extrahendis, si ullibi, „ inquit HOCTIN (k), damnosa iterum „ & execrabilis arguitur ignorantia; „ multæ enim, dum mox a partu non „ liberatur puerpera, manum & brachium vi forti intrudunt in vaginam, „ ungvibus suis matricem dilacerant, „ dumque placentam dissolvere se putant, „ integras sæpe loco hujus extrahunt uteri lamellas. Crudelem talem observationem nobis in collegio „ medico exposuit Cl. GOUBELLI, „ ubi pro placenta integram uteri lamellam extraxerat imprudens obste-

---

(i) Annal. Vratisl. Tent. 36. A. 1726. Jun. Cl. 2. art. 3. §. 4. p. 688.

(k) l. c. Sect. I. p. 7.

„ trix ; post tam dire lacerata mater  
 „ affectu inflammationis vitam cum mor-  
 „ te commutavit. Similes tales casus  
 „ & plures nobis sæpius in praxi sua  
 „ narravit LOUVERJAT artis obste-  
 „ tricæ Professor „. Lugubrem quo-  
 „ que id genus casum refert EDV. SAN-  
 „ DIFORT (1), scilicet „felix 9 libero-  
 „ rum mater 10<sup>a</sup> graviditate absque  
 „ magnis incommodis ad finem perdu-  
 „ cta puellam naturali maxime partu  
 „ emiserat in lucem. Obstetrix citissi-  
 „ me protrahendam esse placentam cre-  
 „ dens rudiori modo illam firmiter utero  
 „ nexam separabat, educebat, summos  
 „ autem parienti creabat dolores. Lo-  
 „ chia 1<sup>mo</sup> die prodire nulla, sequen-  
 „ ti copiosa. Exarsit autem febris a-  
 „ cuta continua cum pulsu duro; ab-  
 „ domen tympani ad instar tendebatur;  
 „ mammæ flaccidæ persistebant, nec ul-  
 „ lus lactis versus has partes erat afflu-  
 „ xus. Tumebat præcipue abdominis  
 „ pars dextra lateralis ab ossis ilei cri-  
 „ sta ad inguen. Perstabat febris cum  
 „ delirio aliisque pravæ notæ sympto-

---

(1) Obs. anat. pathol. L. 2. C. 5. p. 107. sqq.

„ matibus. Arcessita obstetrix ut in  
 „ uteri statum inquireret, affirmabat se  
 „ se integram eduxisse placentam; ast  
 „ manu vaginæ immissa apertum adeo  
 „ os uteri invenit, ut facile 2 admitteret  
 „ ret digitos, simulque se se corpus  
 „ præternaturale detegere passa est,  
 „ quod educere omnino non valuit.  
 „ Quæcunque in auxilium vocabantur  
 „ interna externa remedia, simili in ca-  
 „ su maximopere laudata, nullum ad-  
 „ ferebant levamen; pejora reddebatur  
 „ cuncta symptomata; tendebatur  
 „ insigniter abdomen; profluebat e ge-  
 „ nitalibus materies fœtida viridis: uri-  
 „ na involuntarie guttatim excerneba-  
 „ tur. Intumescebat tamen de tempo-  
 „ re in tempus magis magisque hypo-  
 „ gastrica regio. Hinc veritus, ne  
 „ etiamsi continuo urina emitteretur,  
 „ lotio tamen insigniter turgeret vesi-  
 „ ca: immisi catheterem, & hujus ope  
 „ ingentem urinæ quantitatem eduxi.  
 „ Imminutus hoc pacto multum abdo-  
 „ minis tumor, dolor, tensio; sed per-  
 „ stabant non tantum reliqua sympto-  
 „ mata, verum pejora reddebantur,  
 „ respiratio accessit difficillima, pulsus  
 „ parvus intermittens, & animam de-  
 „ niqve 9<sup>no</sup> a partu die efflavit mise-

„ ra. Uteri statum inq̄uisiturus, se&is  
 „ abdominalibus musc̄ulis cum perito-  
 „ n&o, has partes admodum extenua-  
 „ tas vidi, abdomine q̄vippe &que tu-  
 „ mido, ac in gravida, cui partus in-  
 „ stat. Ventriculus, omnia intestina  
 „ tenuia crassa aere maximopere erant  
 „ distenta, sic ut mox, atq̄ue parva  
 „ etiam plaga abdomini erat inflict̄a,  
 „ summa vi erumperent. Uterus erat  
 „ insignnis magnitudinis; interna ipsius  
 „ superfici&es tota gangr&enosa, pure vi-  
 „ ridi f&etidissimo obsessa: placente vi-  
 „ evuls&e portio pro parte in putrilagi-  
 „ nem versa, & pr&eterea plurim&e ma-  
 „ jores minoresq̄ue velamentorum la-  
 „ cinia& segmento anteriori uteri firmi-  
 „ ter adh&erebant, sic ut separari omni-  
 „ no non potuerunt: ostium uteri aper-  
 „ tum: uterus in fundo ultra transver-  
 „ sum pollicem crassus in fact̄a sectione  
 „ multa foramina, totidem disciformum  
 „ vasorum lumina, monstrabat; inde  
 „ vero crassities versus ostium sensim  
 „ imminuebatur. Vesica contracta na-  
 „ turalem occupabat sedem: nec in illa,  
 „ nec in reliquis visceribus, si illorum  
 „ inflammatio excipiatur, pr&aternatu-  
 „ rale quid detegebatur. Examinans  
 „ apposito digito, sublato femore, of-

„ sum pubis nexum, levem quidem  
 „ motum, nullam vero manifestam se-  
 „ cessionem animadvertere valui; pel-  
 „ vis etiam ampla erat, & partus na-  
 „ turalis fuerat, atque facilis,,. Quod  
 si igitur a sola unguis læsione vel rudio-  
 re placentæ ab utero avulsione ille tam  
 facile ignem concipit, quid non futu-  
 rum est, ubi instrumentis audaci non  
 minus ac imperita manu interdum lania-  
 tur? Tragicum sane est, quod narrat F.  
 MAURICEAU (m): parturienti audax  
 stolidusque chirurgus bihorio violentas  
 manus admovens non modo prolem tum  
 adhuc vivam, quam educere debuisset,  
 instrumentis interfecit, sed uterum quo-  
 que usque adeo dilaniavit, ut post  
 exemptum fœtum continuo intestina  
 cum mesenterio lacero per uteri vulnus  
 e vulva eruperint, ac puerpera hora  
 inde post exspiravit.

5. *Placenta* vel tota vel pro parte re-  
 sistans interdum hysteritidi occasionem  
 præbuisse est observata. Apud MAURICEAU (n) puerpera fœtum placentam-  
 que, quam obstetrix dexterrima inte-

(m) Observ. 147.

(n) Observ. 129.

gram exiisse retulit, rite enixa, cum post aliquot dies rursus massam quamdam manus longitudine oviqve magnitudine ex utero excrevisset, 7<sup>mo</sup> inde die post exspiravit. A morte in uteri inflammato fundo alia adhuc massa ejusdemmodi exigua reperta est, placentæ per omnia similis; veriqve est simile, massas dictas placentæ fuisse appendices, qvales interdum Auctor in uteris a placenta ipsa sejunctas, cum eaque non nisi ope membranularum cohærentes, observaverat. Unde propius vero est, inflammationem uteri haud fecius ab restitante hac appendicula fuisse abortam, qvemadmodum ab ipsius placentæ parte in utero relicta enasci consuevit. Duos hujusmodi casus refert C. G. BÜTTNER (o), nempe mulier ultra 7 menses prægnans levando bajulandoqve gravia onera ac farinam subigendo incidit in spinæ dorsû dolores; postridie nihilo minus panem coquendo incalescens, & inter jurgia cum patre in lævum brachium icta post 5 inde dies mortuam exclusit puellam, lochiisque nullis fluentibus dolores punctorii sinistrum ventris latus invasere cum fe-

---

(o) Unterricht von der Tödlichkeit der Wunden No. 38. p. 161. 1q.

bre ac delirio, qui puerperam nil proficientibus abdomini admotis fotibus 6to a partu die confecerunt. A morte in cavis thoracis & abdominis aquæ aliquid infuit, pulmonibus materia purulenta scatentibus; intestina tenuia, quorum portiones quædam ad uterum usque devolutæ sunt, juxta ac rectum inflammata sphacelosaque viscebantur; perinde uteri non dum contracti, sed magni adhuc & ampli, ubi discissus fuit, interna facies tota inflammata ac sphacelo circumdata erat, cui quædam adhuc portiones placentæ putridissimæ pessimeque olentis firmiter adhærebant. Alteri (p) die 9na Octobris ante meridiem partus dolores noctæ hora noctis 10ma ruptis aquis foetus masculus facie ossi sacro obversus pedibus, quorum uni funiculus umbilicalis circumductus erat, exitum molitus & humerorum tenuis jam extans cum ultra propelli a natura non posset, imperita obstetrice opem ferre nesciente, dextrorsum parumper se se obvertens, mentoque ad ossa pubis adhærescente immobilis factus, excreto meconio, eo ipso in situ

(p) Ibidem No. 40. p. 163. sqq.

est extinctus. Resciso inde funiculo exemptisque utero brachiis cum caput nulla vi obstetrix educere valeret, pharmacopolæ svasu truncus cum artibus a capite abscissus est, ut istud facilius sic eximi posset. Verum & caput intra uterum relapsum & placenta retenta nec ope externa nec remediis pellentibus datis inde elici potuit. Idcirco mulier vehementi hysteritide correpta a meridie diei insequentis expiravit. Cum vero tumbæ cadaver inderetur, caput cum placenta sine ullo alieno auxilio ex utero sponte prodiit, ambo putria jam ac olidissima. Cadavere dein 4<sup>to</sup> a morte die lustrato genitalia externa ex inflammatione ac putredine prorsus livebant; aperto vero abdomine ex utero pristinam adhuc dimensionem habente, & cum extus tum præsertim interius vehementer inflammato ac sphaceloso, moto pressove multum crassi grumosi atrique sanguinis putris per vaginam effluebat. Cetera omnia secundum sanitatem sunt reperta. Claudat horum casuum seriem postremus, quem observavit J. B. MORGAGNIUS (q): „ mu-

---

(q) De sedibus & caus. morb. Epist. 48, No. 28.



„ lier annos nata tres & triginta , cum  
 „ uterum ferens ex uno in alterum lo-  
 „ cum grave quoddam pondus semel  
 „ atque iterum transtulisset, foetum qui-  
 „ dem septimestrem an octimestrem pa-  
 „ rit; sed hunc secundæ non consequun-  
 „ tur. Postridie feбри cum rigore cor-  
 „ ripitur, quæ semper magis magisque  
 „ invalescente paucis post diebus re-  
 „ spirationis gravitas accedit: interea  
 „ foetida materia e naturalibus exhibat  
 „ cum frustis secundarum nonnullis.  
 „ Denique convulsivi motus & singul-  
 „ tus ingruunt, venter valde intume-  
 „ scit, & ægra 11<sup>a</sup> a partu die mori-  
 „ tur. Ventre aperto intestina & ven-  
 „ triculus flatibus adeo tumida reperta  
 „ sunt, ut hic quadruplo majus spatium  
 „ occuparet, quam secundum naturam  
 „ soleat. Dissecto utero magna placen-  
 „ tæ portio occurrit, cujus pars per  
 „ os uteri propendebat, pars utero ar-  
 „ cte adeo affigebatur, ut vix posset  
 „ cultri etiam ope separari. Erat hæc  
 „ naturali obscurata structura, in durum  
 „ corpus & pessime olens constipata;  
 „ eam autem, cui adhæserat, uteri  
 „ partem altior inflammatio occupabat,  
 „ quæ per reliquam etiam illam faciem,  
 „ sed leviter extendebatur,,

6. *Febris lactea* intensior utero ad inflammationem disposito superveniens ejus genesim facillime accelerat. Sic apud RAULINUM (r) juvenis mulier 6<sup>to</sup> a partu die jam in triduum tenebatur febre lactea protracta cum pulsu pleno, frequenti & perturbato, cute sicca, lotiique ardore, ac parcissimis lochiis. Regio hypogastrica inflata ac sensibilis dolebat. Idcirco factæ Væ Ses, focus admoti emollientes, datæque diluentes ac temperantes ptisanæ, item ∇<sup>a</sup> cassiæ, enemata, potiones pacantes, &c. Febris duravit ad 18<sup>um</sup> usque diem eadem vehementia; demum remittebat, ac demum desit. Admodum est veri simile, uterum in partu parumper laborioso fuisse passum, levemque aliquam in eo restitisse phlogosin, quam febris lactea in inflammationem degenerare fecit.

---

(r) Trait. sur les Fleurs blanches T. 2. P. 3, S. I. C. 9. p. 148.

---

## SYMPTOMATA.

Hæc pro varia morbi vel magnitudine vel extensione (s) perinde variant. Doctrinæ clarioris causa primo omnia uni obtutui ex HIPPOCRATE ac P. ÆGINETA sistemus. Prior (t) „ si (inquit)

I. „ *Erysipelas* uteros occupet, pedes mammæ & corpus intumescunt, dolor ipsam detinet, erectæ cervicis spiratio contingit, ad laterum molli- tudinem dolor est, ad ventris partem inferiorem, pectus & caput, tremor & torpor manus detinet, inguina & poplites tremunt. Quandoque vero in inguinibus lividæ evadunt, & pauco tempore etiam allevat hic color. Præcipue vero mammæ cognatione quædam attolluntur. Verumtamen non admodum dolet, febris & rigor invadit, vultus rubet, sitis vehemens urget, & hepar resiccatur. Hæc si

(s) De morbis mulierum L. 2. No. 232. sqq. vid. c. G. KIESLING Diss. de utero post partum inflammato §. 9. 10. in HALLE- RI Disp. ad morb. hist. & cur. facientib. T. 3 No. 138. p. 595. sqq.

(t) l. c. & de nat. mul. p. m. 366. sq.

„ in prænantem incidant, perit, ne-  
 „ que liberari poterit. Si erysipelas  
 „ in uteris oriatur, tumores maxime  
 „ lividi a pedibus exoriuntur, & ad  
 „ crura tota & lumbos perveniunt. Quo  
 „ autem longius tempus processerit,  
 „ etiam thorax affectionem sentit, &  
 „ intumescit, tota perfrigeratur, fe-  
 „ bris magna detinet, rigor, densaque  
 „ spiratio invadit, animi deliquium,  
 „ imbecillitas, totius corporis dolor, ani-  
 „ mum despondet, & mens vacillat.  
 „ Affectio ex inferiore ventre sursum  
 „ fertur ad lumbos dorsum præcordia  
 „ pectus cervicem caput stomachum,  
 „ & mori videtur. Cum vero dolor  
 „ solutus fuerit, torpor lumbos ingvi-  
 „ na & crura occupat, livores in popli-  
 „ tibus contingunt, & parvo tempore  
 „ melius habere videtur, deinde rursus  
 „ affligitur, corpus pustulis impletur,  
 „ faciem apparentes & manifesti rubo-  
 „ res invadunt, fauces resiccantur, &  
 „ lingua exasperatur. Hic morbus,  
 „ si prænantes detineat, interficit.,

II. *Phlegmone* vero ita ab eodem (u)  
 describitur: „ si inflammationem senserit  
 „ uterus, contrahitur, quod si quid

---

(u) Ibidem No. 222. p. m. 663.

„ corruptum fuerit , & recruduerit ,  
 „ febris acuta & magna , horrorque  
 „ detinet , partes circa pudenda duræ  
 „ sunt , stupendum in modum afficitur ,  
 „ mordetur , & impetu fertur. Ac si  
 „ quis immiffio digito contrectet , rur-  
 „ sus pejus habet , & mordetur ; caput  
 „ & finciput dolore afficitur ; caligo  
 „ & frontis fudor adest , extrema per-  
 „ frigerantur & tremunt ; interdum fo-  
 „ por occupat , audire non folet , ne-  
 „ que aliquid uterus efficit , multum  
 „ eft cibi faftidium , neque ftomachus  
 „ neque ventriculus omnino cibum at-  
 „ trahit , vociferatur , cum impetu pro-  
 „ filit , dolor eft ad pubem ingvina lum-  
 „ bos , & occulta muliebris pudendi lo-  
 „ ca , celeriterque moriuntur „. Ali-  
 „ bi (x) vero : „ fi ex partu inflamma-  
 „ tionem uteri conceperint , febris le-  
 „ vis corpus detinet , & oculorum ca-  
 „ ligo adest ; ventrem vero incendium  
 „ nunquam deferit , fiti & coxendicum  
 „ dolore vexatur , imus venter vehe-  
 „ menter intumefcit , & alvus turbatur ,  
 „ dejectio mala eft & graveolens : ve-  
 „ hemens febris invadit , cibi faftidium

---

(x) Ibidem L. 1. No 217. p. m. 609.

„ detinet, & ad ſinciput dolor pertin-  
 „ git, neque ventriculi ſtomachus po-  
 „ tus & cibos attrahere; neque etiam  
 „ coquere poteſt. Ac niſi conſeſtim  
 „ curentur, plurimæ intereunt. Venter  
 „ autem in cauſa eſt „. His P. ÆGI-  
 NETA (y) nonnulla adjicit: „ ſequitur  
 „ (inquiens) ad uteri inflammationem  
 „ febris acuta, dolorque capitis ac ten-  
 „ dinis & baſis oculorum, juncturæque  
 „ manuum & digitorum, & colli detra-  
 „ ctio & declinatio ad contraria, ſto-  
 „ machi per conſenſum affectio, oſculi  
 „ uteri conſuſio, pulſus parvi denſi „.  
 His jam præmiſſis volupe erit videre,  
 qui doctrinæ HIPPOCRATICÆ posteriorum  
 ſeculorum obſervata respondeant,  
 dum ſingillatim hæc ſymptomata ſeor-  
 ſimque ſumus paulo enucleatius expen-  
 ſuri.

1. *Dolor* hocce in morbo fixus eſt,  
 ardens, pulſansque ſeu palpitans, qua-  
 lis in FORESTI (z) muliere, tactum  
 non ferens, qui pro varia inflammatio-  
 nis extentione variis in locis percipitur:

(y) l. c.

(z) Vide cauſ. proegum. No 2.

etenim notante P. ÆGINETA (a) „ si  
 „ totus (uterus) est inflammatus, to-  
 „ tus vehementius pulsatorio motu do-  
 „ let; si posteriores ipsius partes solum  
 „ inflammatae fuerint, dolor circa lum-  
 „ bos fit, & stercora supprimuntur ex  
 „ recti intestini compressione; si ante-  
 „ riores, dolor circa pectinem fit, &  
 „ urinæ stillicidium ac emittendæ diffi-  
 „ cultas ex vesicæ compressione; at la-  
 „ teribus inflammatis & ingvina tendun-  
 „ tur, & crura gravantur; si vero fun-  
 „ dus ipsius fuerit inflammatus, circa  
 „ umbilicum maxime dolor consistit cum  
 „ tumore; at si circa osculum est inflam-  
 „ matio, circa supernum ventrem do-  
 „ lent, & digito immisso durum ac re-  
 „ nitens osculum occurrit „. Neque  
 tamen omnia semper ita exacte obtinent,  
 uti PAULUS scripsit; nam alvi urinæ-  
 que ratio diversa, ut postea (b) videbi-  
 mus, esse potest, licet pars uteri vel  
 antica vel postica fuerit inflammata, ut  
 adeo PAULUS argutari hic potius, quam  
 ab experientia locutus fuisse, videatur.

(a) l. c. & ASTRUC de morb. mul L. 2. C 1.

§. 4. No 4.

(b) Vide infra No 9. 10.

Ceterum diversa dolere loca prout pars uteri alia atque alia laborat, observata PAULO subscribunt. Sic mulieri apud HEER (c) „dolebant, præter inguen, „costæ & coxæ „: FUCHSII (d) prima matrona ex ingvine ac ischio, altera (e) in lumbis & coxa doluit. Sub umbilico dolorem senserunt ægræ FORESTI (f) ac MUZELLII (g), ventris vero ac dorsi cruciatus quæstæ est WERLHOFII (b) puerpera, &c. Mirum autem est, & ulteriore Medicorum observatione dignissimum in posterum, quod hætenus apud unum tantummodo notatum invenio (ab reliquis forte male neglectum), nimirum dolorem primum hysteritidis post partum serius cœptæ in ipsam partus horam incidisse, velut notavit VALLISNERIUS (i).

2. *Cephalalgia.* Caput ac sinciput dolere hic cum sudore frontis, oculorumque caligine, ex HIPPOCRATE ante

(c) Vide prognos. No 3. c).

(d) Ibidem No 4. d).

(e) Ibidem.

(f) Vide caus. proegum. No 2.

(g) Vide ulcus uteri.

(b) Vide curat. chir. No 5.

(i) Vide prognos. No 3. a).



vidimus, doloremque ad basin oculorum esse ÆGINETA adjecit; quæ cum observatis FORESTI (k) WOLFFI (l) & aliorum congruunt, nisi quod HERR (m) notet suam in agra caput media postremaque parte doluisse.

3. *Sopor, aphonia, delirium.* Soporem interdum adesse in uteri phlegmone, in erysipelate vero mentem vacillare, notat COUS; sed observata docent, deliria in phlegmone etiam uteri haud raro adesse. Delirarunt sane mulieres VALLISNERII (n), WERLHOFFII (o), MUZELII (p), & utraque FUCHSII (q), quarum altera (r) simul aphoniam est experta, quod utrumque etiam ægrotæ suæ accidisse vidit FISCHERUS (s); femina vero in Annalibus Vratisl. (t) delira, tum aphona, convulsionem denique est perpeffa. Ceterum procli-

(k) Vide caus. proeg. No 2. & procat. No 4.

(l) Vide curat. pharın. No 4.

(m) Vide prognos. No 3. c.)

(n) Ibidem a).

(o) Vide curat. chir. No 5.

(p) Vide ulcus uteri.

(q) Vide prognos. No 4. d)

(r) Ibidem.

(s) Vide caus. procat. No 4.

(t) Vide curat. chir. No 5.

vitatem in fomnum puerpera WOLFFII (u) est perpeffa, mulier vero STORCHII (x) post epilepfiam deliriaque multum dormire est obfervata. C. G. BÜTTNERI (y) puerpera non fluentibus lochiis incidit in hylteritidem cum vehementi febre, incredibili anxietate, fomno inquieto, metu ac melancholia, ita ut perpetuo cantillaret, & cum nec Væ So nec alia apta remedia adhiberentur, delira nocte diem 8<sup>vum</sup> a partu fequente, dum maritus dormiret, cubili tacite egreffa una cum puello in proximum fe fe puteum præcipitem dans huic fibique mortem confcivit. In cadavere cum in omnibus tribus cavis nil vitii reperiretur, folus uterus haud dum fatis contractus in & externe admodum inflammatus ac sphacelo obfeffus repertus eft, vafis copiofiffimo fanguine turgentibus.

4. *Distentio* colli digitorumque, quam ÆGINETA detractionem & ad contraria declinationem vocat, in FORESTI (z) femina eft obfervata.

(u) Vide curat. pharm. No 4.

(x) Vide inferius No 14.

(y) l. c. No 39. p. 162. lq.

(z) Vide caus. procat. No 4.

5. *Tremor* artuum cum frigore a c o o  
 animadversus non semper observatur,  
 tametſi MUZELIUS (a) manuum pe-  
 dumque, & WOLFFIUS (b) omnium  
 membrorum frigus, observarint.

6. *Respiratio* quoque læditur, quam  
 in uteri eryſipelate HIPPOCRATES  
 denſam eſſe notat, & HEER (c) bre-  
 vem obſervavit, difficillimam SANDI-  
 FORT (d). „ Spirandi difficultatem  
 „ in hoc morbo bene attendendam eſſe,  
 „ hanc enim aliquando imperitos medi-  
 „ cos, pleuritidem aſſeſſe exiſtimantes,  
 „ decepiſſe monet MERCATUS (e),  
 „ cum quo conſentit VARANDÆUS  
 „ (f). Cum anxia reſpiratione in in-  
 „ flammatione noſtra tuſſiculam ſiccam  
 „ plus ſimplici vice obſervavit „ C. G.  
 KIESLING (g).

7. *Deliquia animi* quamvis HIPPO-  
 CRATES eryſipelati tantum tribuat, in  
 phlegmone etiam obſervata ſunt ab

(a) Vide ulcus uteri.

(b) Vide curat. pharm. No 4.

(c) Vide prognof. No 3. c).

(d) Vide cauſ. procat. No 4.

(e) De mulier. affect. L. 2. C. 17.

(f) De morb. & affect. mulier. C. 7.

(g) l. c. §. 11. nota (5).

HEER (b), STORCHIO (i), aliisque.

8. *Anorexia, sitis, nausea, vomitus*, quæ & COOUS & ÆGINETA notarunt, in casibus FUCHSII (k), WOLFFII (l), aliorumque videri possunt. Sitis tamen in erysipelate, ciborum vero fastidium in phlegmone plus vigere, videtur COOUS innuere voluisse; sed enormem sitim WOLFFIUS (m) adfuisse meminit, licet phlegmone adfuisse videatur.

9. *Alvus vel fluxa est vel adstricta*, cui interdum *tenesmus* quoque se jungit. COUS solius alvi fluxæ meminit, dicens: „alvus turbatur, dejectio mala est, & „graveolens „ Sed adstricta quoque haud raro esse consuevit; at non tum solummodo, dum inflammatio posticam uteri faciem tenet, ut visum est ÆGINETÆ: nam id omnino variat ita, ut alvus tunc fluxisse etiam sit visa, contra vero segnis aderat, ubi inflammatio in antico vel lateribus uteri est observata. In FUCHSII (n) prima ægra alvus haud

( b ) Ibidem.

( i ) Vide infra No 14.

( k ) Vide prognos. No 4. d).

( l ) Vide curat. pharm. No 4.

( m ) Ibidem.

( n ) l. c. ad ( k ).

processit, licet inflammatio dextrum nonnisi uteri latus, quantum e dolore inguinis dextri cum ischio, tumoreque ibi observato conjicere licuit, obsederit. Perinde clausa fuit alvus cum lotii difficultate in FORESTI (o) plebeia, quamvis & ictus in pubem, & dolor sub umbilico, svadeant, malum in antica uteri parte ac fundo fuisse. Contra ea cum in WERLHOFII (p) puerpera dolor abdominis dorsive faviret, ac proinde inflammatio postica uteri teneret, alvus nihilominus erat fluxa. Quid quod in VALLISNERII (q) femina initio alvus obstructa postea morbo ingravescente fluxerit. Pari ferme ratione procedit

10. *Urina*, ut quam hysteritis plerumque turbet; HIPPOCRATE (r) enim observante „ ad recti intestini & „ uteri inflammationem, renesque pu- „ rulentos stranguria succedit „: quam quidem ÆGINETA tum præsertim obtinere ait, dum antica uteri facies est inflammata, quippe cujus tumore vesti-

---

( o ) Vide caus. procat. No. 4.

( p ) Vide curat. chir. No 5.

( q ) Vide prognos. No 3. a).

( r ) Sed. 5. aphor. 58.

ca comprimatur, atqve afferto huic FORESTI (s) plebeia ex icu in pubem lotii difficultatem perpessa favere videtur. In vehementiori malo interdum pene omnis lotii excretio cessat. Sic apud HEER (t) mulieri „ alvus & vesi- „ ca parum vel nihil excernebant „. Ita & P. FORESTI (u) vicina post alterum difficilem ac violentum fœtus mortui partum perperam tractata cum in graviolem hysteritidem incidisset cum febre continua, primum difficulter lotium reddebat, dein prorsus nullum. Quod mulierculæ topicis acribus abdomini admotis provocaturæ morbo aucto mortem accivere.

11. *Lochia* quod attinet, vel prava fluunt, vel parcius procedunt, vel quod plerumque fit, supprimuntur. Substitere, in ægris FUCHSII (x), MUZELII (y), VALLISNERII (z), ac WERLHOFII (a), fœtida vero WOLFFII (b) mulieri fluxere, parciora aliis.

- 
- (s) Vide caus. procat. No 4.  
 (t) Vide prognos. No. 3. c).  
 (u) l. c. Schol. ad Obs. 42.  
 (x) Vide prognos. No 4. d)  
 (y) Vide ulcus uteri.  
 (z) Vide prognos. No 3. a).  
 (a) Vide curat. chir. No 5.  
 (b) Vide curat. pharm. No 4.

12. *Exanthemata* quoque interdum hysteritidi superveniunt, quæ autem vel maxime erysipelati uteri solennia esse ait COUS „ corpus *pustulis* impleri „ dicens: interea etiam phlegmonem uteri comitari solent. Sic *miliaria* in phlegmone cum FUCHSIUS (c) tum WERLHOF (d) observarunt, ut ut ea C. R. HANNES (e) etiam citra hysteritidem in puerperis observavit.

13. *Tumor* etiam loci affecti non est prætervidendus; de hoc HIPPOCRATES (f) „ si recens puerperæ (ait) „ uteri inflammationem conceperint, „ intumescunt, cumque puerperii purgamenta restiterint, clam distenduntur: quod accidit, cum frigore denfati fuerint, „ Tumorem hunc durum esse ait (g), qualis digito in vaginam indito in orificio uteri, si istud est inflammatum, teste ÆGINETA percipitur, & in FORESTI (b) muliere est re-

(c) Vide prognos. No. 4. d) & curat. chir. No. 5.

(d) Vide cur. chir. No. 5.

(e) Brief an BALDINGER p. 48.

(f) De morb. mulier. L. 1. N. 233 p. m. 610.

(g) Vide superius allatos locos.

(b) l. c. Obs. 43.

pertus. Vario autem loco tumor hic reperitur, prout nimirum jam hæc jam illa uteri pars est inflammata, vel totus plane uterus: in FUCHSII (i) ægra latus dextrum infedit, VALLISNERII (k) autem mulieri medium inter ilia umbilicum pubemque locum obtinuit.

14. *Febris* denique superest animadvertenda. Hæc est acuta continua inflammatoria, quam, HIPPOCRATES velut in duo genera partitur ita, ut quæ erylipelati uteri comes est, rigorem, quæ vero phlegmonen comitatur, horrorem habeat prævium, utroque autem in casu magnam, vehementem, vocat, qualem præsertim FUCHSII (l) ac VALLISNERII (m) mulieres sunt expertæ. Isthoc etiam huic feбри non insolens est, ut interdum tantisper mitescat, gravius denuo emicatura cum novo horrore, quoniam e genere sit remittentium, velut in STORCHII (n) accidit muliere melancholico-cholerica, terræ colorem præ se ferente, cui 12 annos sterili post aliquot abortus vel

(i) Vide prognos. No 4 d).

(k) Ibidem No. 3. a).

(l) Vide progn. No. 4. d), & cur. chir. No 5.

(m) Ibidem a)

(n) Obſ. clin. ann. 5. Januar, Cl. 2. p. 13. ſqq.



8<sup>a</sup> vel 12<sup>a</sup> hebdomade toleratos tandem in partu difficili ad vini Zithique potum coactæ secundinæ a partu resistere, prodeuntibus interdum massis grumosi sanguinis. Ulito autem nervinis ventre, datoque crebrius leni aristolochico cum antispasim. post vehementissimum horrorem prævium secuta epilepsia secundinam ante sequentis diei auroram elisit cum aliquo levamine; at vehemens abdominis ardor superfuit cum siti, cui a meridie pulsus durus, ac sub vesperam subinde animi deliquia cum subdelirio se junxere, fluentibus tamen aliquatenus lochiis. Datis anti-phlogisticis, nihilominus die 3<sup>to</sup> somnus multus cum pulsu forti ac celeri, visusque & auditus pene abolitione, ac manus lævæ tumore. Die 4<sup>to</sup> meliuscule habuit, vigentæ visu & auditu, pristiniqve doloris sensu; at noctu diei 5<sup>ti</sup> novum horrorem cum frigore experta est, excrevit vermem, legebat floccos, & ad horam 5 matutinam expiravit. Pulsus denique in uterina hac febre, etsi dum in acme est, sit durus, tamen haud omni morbi, præsertim nascentis, tempore talis est. G. FORDYCE (o)

---

(o) Grundsätze der ausüb. Arzneigelahr. p. 113.

quidem omne pulsus & inflammationis discrimen a tempore diverso graviditatis pendere vult.

## D I A G N O S I S.

Hæc in acme morbi cum difficilis non sit, per principia est haud raro admodum ambigua, ita ut vel hysteritis præfens pro alio sæpe morbo, vel iste pro illa habeatur. Dolor enim posterior nephritidi perinde, anterior peritonæi vel musculorum abdominalium inflammationi, superior enteritidi, inferiorque cystitidi convenit. Diligentia proinde hic & sagacitate opus est, & non omnis tumor, nec omnis dolor, nec febris quæcunque continuo pro hysteritide habenda, imo nec inflammatio quidem omnis, v. g. partium genitalium extra uterum, quas fœtus in partu difficili comprimendo inflammavit.

Interest quoque pernosse, totusne uterus vel alicubi tantum, & qua sui parte, sit inflammatus? Omnem vero diagnosin præsentis hysteritidis absolvunt

- 1<sup>o</sup> Causæ prægressæ ei solennes.
- 2<sup>o</sup> Symptomata rite collecta & collata.

3<sup>o</sup> Exploratio digiti ope ano vel vaginæ inditi, vel extus admoti.

4<sup>o</sup> Effectus (p) cum hætenus (No 1. 2. 3.) dictis comparati.

## P R O G N O S I S.

1. *Periculosissima* est hysteritis, ob plures periculi, quam unum, fontes, qui præprimis sunt:

a) *Graviditas*; namque HIPPOCRATE (q) observaute „ mulieri prægnanti erysipelas in utero letale „: cujus cum alibi symptomata descripsisset (r), addit continuo „ hæc si in prægnantem incidant, perit, neque liberari poterit „: ac paulo post rursus „ hic morbus (ait) si prægnantes detineat, interficit „.

b) *Periodus acutissimorum morborum*; etenim hysteritide correptæ teste COO (s) „ nisi confestim curentur, plurimæ intereunt „... celeriterque moriuntur „ (t), ut id ex hic passim alatis historiis suapte elucescit.

(p) Vide prognos. No 2.

(q) Sect. 5. aphor. 43.

(r) Vide symptom. 1. erysipelas.

(s) Ibidem II.

(t) Ibidem.

c) *Effectus* perniciosi, in primis ischuria, quæ sæpe se sola citra alium acutum morbum ad interitum accersendum sufficit, tanto itaque magis hysteritidi conjuncta; aut convulsiones repetentes, quales letales observavit F. MAURICEAU (u): puerperæ a partu foetus natibus præviis eo in situ ob imperitiam obstetricis mortui ac demumeducti abdomen perinde fere ac si tumuit, velut si alius in utero lateret foetus, ac versus lævum uteri latus insignis aderat durities cum inflammatione vehementique dolore ac febre, & difficili admodum respiratione. His 4<sup>to</sup> die supervenit gravis convulsio, biduoque insequente plures similes reverterunt, & ægram 6<sup>to</sup> a partu die consecerunt.

d) *Exitus* hysteritidis raro in resolutionem, sed sæpius in suppurationem vel gangrænam, hanc cito lethalem, illam ambigui eventus, desinentis.

2. *Effectus* præsentis hysteritidis, præter varios inter symptomata allatos, etiam ii sunt, qui a laterali tantum inflammatione pendent, nempe

(u) l. c. Observ. 594.

a) *Uteri obliquitas*; nam illud in latus magis uterus procumbit, quod inflammatum est, ob pondus ibidem majus: unde fit, ut collum & orificium uteri avertatur (x).

b) *Decubitus* in latus affectum minus molestus ac in sanum; in isthoc enim decumbenti ægrotæ pars affecta distractionem patitur.

c) *Claudicatio* cruris lateri læso uteri respondentis, & motus ejusdem impeditus (y).

d) *Lochiorum suppressio*. „ Uteri inflammatio, inquit SWIETENIUS (z), merito pro frequenti causa suppressionis lochiorum habetur „.

3. *Solvitur* diebus crifimis crisi aliqua conspicua, aut metastasi (a). Dierum autem crifimorum computandorum initium non a febris initio sed a die partus faciendum esse monet GALENUS (b) dicens: „ a quo mulier pepererit, ab

(x) FOREST. l. c. Schol. ad Obs. 41.

(y) FOREST. l. c.

(z) Ad BOERH. aphor. §. 1329. T. 6. p. m. 456.

(a) Vid. KIESLING l. c. §. 12. p. 600.

(b) Comment. in MIFP. progn. No 55.

„ eo numerare incipias, non a quo  
 „ cœpit febricitare; nam aliquæ 2<sup>do</sup> vel  
 „ 3<sup>o</sup> die, postquam pepererint, in fe-  
 „ brem incidunt, atque ab eo plerique  
 „ futuram crîsim enumerant: verum res  
 „ secus habet, quum oporteat a die,  
 „ quo fœtum edet, enumerationem  
 „ exordiri;”. Atque hæc GALENUS  
 commentatus est in locum HIPPOCRA-  
 TIS (c) scribentis „ ad eandem quo-  
 „ que rationem et mulieribus judicatio-  
 „ nes ex partu contingunt;”: quasi di-  
 xisset, communem dies criticos nume-  
 randi rationem febres puerperarum acu-  
 tæ, habent, initio numeri ex partus  
 die sumpto. Crises autem conspicuæ hy-  
 steritidis sunt

a) *Diarrhœa*, qua judicatam hyste-  
 ritidem gravem observavit A. VALLI-  
 SNERIUS (d) in primipara 20 annor.  
 quæ toto gestationis tempore vomitu,  
 præsertim a partu, cum alvo sicca fo-  
 lisque enematis movenda, passa tandem  
 vespere quodam facile peperit. A par-  
 tu ad sequentem usque vesperam omnia  
 recte processerant; sed tum hora partus

(c) Prognost. No 55. p. m. 44.

(d) Act. nat. cur. Vol. 1. Obs. 163.

hesterni reversa dolor paulatim in imo  
 ventre coortus medium in hypogastrium  
 se fixit. Enemate molli ac nerviuo,  
 lituqve abdominis oleo cheirino miti-  
 gatus, nihilominus a prandio recrudi-  
 dit cum aliqua siti, pulsu celeri, leviqve  
 cephalalgia, alvo lochiisque modicis.  
 Abdomen erat tensum, tactum non fe-  
 rens, aderat scaber & inæqualis tumor  
 sphæricus ilia inter & umbilicum pubem-  
 que medius, cum interno tensionis lan-  
 cinantis, præsertim ad lumbos & hypo-  
 chondria, sensu. Injuncto enemate ela-  
 ste vacc. cum vitell. ov. & ol. cœiri,  
 fotu emolliente ventri imposito, datis  
 L. L. gtt. x. iu  $\nabla^a$  viol. imperataque diæ-  
 ta tenui blandissima, symptomata rursus  
 leniebantur; postero tamen mane acer-  
 bius recruidere, crevit febris, dolor,  
 sitis, lochia facta pauciora ac pallida.  
 Eapropter sanguis e saphæna ad  $\frac{3}{4}$  x  
 mitius, enema vesperi e puro lacte da-  
 tum, totum ut ante abdomen, victui  
 serum lactis caprill. destillatum additum.  
 Insequente nocte ægra pervigil, inqvie-  
 ta, sitibunda, garrula, lochia vix ulla  
 habuit. Postero die febris ardens cum  
 pulsu duro, dolore acuto punctorio,  
 tussi sicca, vomituritione singultum æ-  
 mulante affligebat. Ideo coxæ cruraque

▽<sup>a</sup> rosarum calida crebro perfricta, injectiones in uterum factæ, vaporque emolliens ope spongiæ in vulvam admisus est. Vesperi denuo sanguis e pede ad 3 vj eductus. Noctu sudores symptomatici, subdeliria, urinae paucæ rubræ, lochia nulla, diarrhœa multa, febris colliquativa. Postero mane lingua arida, mammae molles cedentesque, pulsus celer ac parvus. Tota die priora remedia adhibita. Noctu iterum vigiliæ & priora, mordaxque diarrhœa cum tenesmo interpolato. Mane enema ex ▽<sup>a</sup> hordei chalybeata cum ovo rec. conqvasato injectum cum levamine totius diei; sed pejus noctu ac insequente die habuit, alvus erat crebra ac lætens, urinae subjugales pravæ. Insequente sesqui altero die omnia lætiora, alvo ut ante pergente. At postmodo subito totum corpus exhorruit cum extremorum frigore, artuumque ac dentium concussione, quæis post horam calor non nimius ac tota nocte sudor copiosus cum siti successit. Die 9<sup>a</sup> diarrhœa ut ante cum pulsu celeri sed remissiori, vigiliis, tenesmo: sub noctem enema ex ▽<sup>a</sup> chalybeata hordei cum ejusdem pulpa & incoctis binis papaveris albi capitibus injectum quietem attulit,



& alvus 8 horis non excreta. Die 10<sup>ma</sup> 11<sup>ma</sup> meliora omnia cum alvo multa, graveolente, at minus molesta. Die 12<sup>a</sup> iteratum enema diei 9<sup>a</sup> cum levamine. Die 13<sup>a</sup> febris pauca, alvus liquida, sed parcior, in urina signa coctionis, cetera mitiora. Die 14<sup>a</sup> febre cessante morbus judicatus est, diarrhœa usque in 20<sup>am</sup> diem durante, quo tempore Ypecacuanhæ radix enemati-  
bus addebatur; ægraque convaluit.

b) *Sudor*, quo judicata est apud F. HOFFMANNUM (e) femina 30 annor. quæ post felicem partum & secundinas rite excretas, cum ad lochia, quorum loco tenuis materia tantum fluebat, provocanda aristolochica acria usurpasset, incidit in spasmos ac dolores in ventris, quæ die 3<sup>a</sup> febris acuta continua accessit. Idcirco vena pedis tusa, injectoque enemate molli dolores mitigati, mauente febre cum pulsu celeri ac duro, donec die 7<sup>o</sup> sudor toto corpore tantus erupisset, ut lectus ac lintheæ aliquoties mutanda fuerint, a quo 4 dies durante vires quidem dejectæ, sed

---

(e) l. c. Obs. 4.

febris cum omnibus symptomatis desit. Sub sudore jura tantum pullorum cum succo citri data; post eum vires analepticas refectæ: & post 14 dies catharticum exhibitum.

c) *Lochia* quoque morbum solvere fuit observata. H. ab H E E R (*f*) meminit mulieris 40 annor. a menstruorum suppressione ope V. S. in pede, emmenagogorumque liberatæ, quæ cum a conceptu rursus desinentia rursus similibus tevocare niteretur, sibi fœtuique pene exitio fuit: peperit nihilominus; sed ob lochiorum defectum in hysteritidem lapsæ dolebant præter inguen costæ & coxæ capitisque media ac postica pars, alvus & vesica parum vel nihil excernebant, respiratio brevis, pulsus crebri, exiguæ lipothymia. Idcirco tenuissima diæta imperata, injectisque quotidie lenissimis enematis, bis vena in pede tusa est: ab his lochia provocata morbum omnem mitigarunt, usuque dein eccoprotici & emulli e sem. frig. cum camph. gr. iij. alvus ac vesica ad officium revocatæ ægram pristinae valetudini pedeten-

---

(*f*) Obs. med. 14. cas. 5, p. m. 181.

tim reddidere, victu interea vinoque viribus revocatis. Huc etiam pertinet casus, quem memoriæ prodidit E. KUPITZ (g): matrona 19. annorum cholero-fanguinea utero gerens, ad partum usque sanissima, nec Væ Se nec ullis remediis hætenus opus habens, mane diei 24 Decembr. obortis partus doloribus primum essentiæ Halens. dulc. ʒj. non multo autem post ʒem e talis leporum, ac demum pilulas polychrestas ∇<sup>a</sup> pulegii solutas ingurgitans, auctis doloribus vesperi puerum sanum enixa est, placenta quoque integra egressa. Bene abhinc habuit: lochia rite fluxere. At cum postridie alia obstetrix manum utero indidisset, ventriqve ac mammis unguentum e cera & ω<sup>u</sup> frumenti illevisset, die 3<sup>o</sup> horror ingens æstusqve emicuit, sequente siti non sedanda. Præbet de novo obstetrix pilulas polychrestas; unde cuncta symptomata acerbiora facta: pulsus erat celer ac frequens, interdum obscurus, aderat intensa cephalalgia, sitis maxima, spiritus anhelus, lingua arida, gravis anxietas, intensus gena-

---

(g) Select. med. Francof. T. 4. V. 2. No 3  
p. 45. ʒqq.

rum rubor, venter tumebat cum crebris eructationibus, lotiumque semper cruentum reddebatur, & ardens ad pubem dolor residebat; lochia nihilominus rite fluebant, patebatque alvus. Imperato itaque iusto regimine animique quiete datus potus diluens tepidus, tum ꝑ e nitr. depurato, lap. 69 citr. & ꝑ<sup>io</sup> diaph. ter quaterve in dies sumendus, uti & MR<sup>a</sup> ex aquis ceras. nigr. card. ben. chæref. cum succ. citri, lap. 69. citr. ꝑ diaph. & liqv. anod. At omnia sine levamine: namque vespere diei 4<sup>ti</sup> accessere deliria, clamores, & die 5<sup>to</sup> lipothymia cum pulsu intermittente usque adeo, ut ægra vix frictionibus calidis spirituosisque remediis naso admotis ad se revocari potuerit. Compoti sui enema ex emollientibus, uterinis & lacte injectum cum levamine. Nox inde tranquillior. Die 6<sup>o</sup> enema idem & pristina remedia in usum vocata. Per hos dies urina lustrari non poterat, quod vel guttatim vel invitæ vel cum alvo effluerit: alvus modo lubrica erat, modo adstricta cum flatulentia. Et cum in aliis hujus temperiei puerperis colostrum & lac copiose profluere soleat, hic neutrius vel hilum apparuit, procul dubio ob ventris mammarumque litum

prægressum. Diei 7<sup>mi</sup> mane sudor largus sponte obortus, lotiumque uberius processit, rubrum ac flammeum primum, dein turbidum, sedimentum demisit roseum. Nil in medela mutatum; nisi quod mane hausto potu theato sudor promovendus svaderetur. Die 9<sup>o</sup> materia purulenta acris ex utero manare cœpit; partes tactas arrodens, quæ proinde calido vino abluendæ, pubique facculus e fl. cham. herb. melilot. malv. serpilli confectus calidoque vino imbutus imponendus erat: fluxus hic uterinus cum omnibus ante dictis symptomatibus, febre nempe, cephalalgia, inquietudine, siti, ventris eructatione, alvo jam lubrica jam adstricta, ad 14<sup>um</sup> usque diem duravit, urina semper sedimentum ponente; at elapso hoc die febris minuebatur, ægra ad se revertit, rediit quies, somnus, appetentia, malis symptomatibus disparentibus, superstite tantummodo cephalalgia ac purulento illo fluxu: istum pilulæ balsam. BECHERI bis qualibet hebdomade usurpatæ sopivere; illa vero 5<sup>a</sup> post partum hebdomade reversis mensibus plane conquievit, ægra pristinæ sanitati restituta.

d) *Menses* perinde, si ab iis suppressis hysteritis accensa est, erumpentes

eandem solvunt. Apud I. STORCH (b) femina 40 annis major, a suspitione morbi venerei in juventute tolerati haud immunis, biennio abhinc hypogastrii enormibus doloribus cum duritie sensim accedente vexari cœpit, donec sub declinationem morbi sanguine grumoso atro excreto convaluit. Postmodo vero sub fluxu mensium exterrita eosdem amisit; cumque periodo imminente immoderato se labore fatigasset, in priorem relapsa est ægritudinem, nimirum post horrorem prævium sensit ardentem dolorem in imo ventre, aderat tumor abdominis maximum globum in lusu pyramidum usitatum æqvans, tactu cum exterius tum digito vagiux indito percipiendus, ut liqueret satis, uterum esse: interdum massa grumoli sanguinis ex illo excernebatur. Data cum fructu TRa  $\square$ , fetus e lino in lacte cocto ventri admoti, serum lactis ano injectum. Probabile est, reliquias etiam syphilitidis ad causandam hanc hysteritidem quid contulisse; quando quidem aliam itidem Auctor mulierem novit,

---

(b) l. c. April. Cl. 2. p. 104.

quæ leucorrhæam veneream passa in similem uteri tumorem incidens, ac sanguinis grumosi atrii frustra perinde nonnunquam excernens, inde obiit.

4. *Exitus* hysteritidis crisi non solutæ sunt:

a) *Suppuratio* uteri, de qua seorsim agetur.

b) *Scirrhus* seu *callus*, de quo HIPPOCRATES (i) „ si (inquit in callum induruerint uteri, tum os asperum redditur, tum menses delitescunt, cum vero eunt, asperi tanquam arena apparent. Quod si etiam digito attingatur, uteri os asperum deprehendes, velut callus semper adhærescit. . . . Si uteri in callum indurescant, tum menses occultantur, tum eorum os connivet, neque concipit, & aliud quid esse videtur. Quod si attigeris, tanquam saxum illic esse videtur, os asperum est, & multas habet radices, non læve aspectu, neque digitum admittit, si quis ipsum penitus inspiciat, Febris cum perfriktione invadit, & dentium fremitus,

(i) De morb. mulier. L. 2. No. 176, p. m. 658.

„ dolorque uteros, imum ventrem,  
 „ laterum inanitates & lumbos detinet.  
 „ . . . At si uteri tumore duro obdurue-  
 „ rint, eorum os durum redditur, &  
 „ conclusum est, neque menses eunt,  
 „ sed pauciores & deteriores sunt, fe-  
 „ bris & rigor invadit, dolor ad imum  
 „ ventrem lumbos & lateris inanitates  
 „ irruit „. His ubiqve curationem quo-  
 „ que adjecit, ibidem videndam.

c) *Cancer* e scirrho, de quo pariter seorsim dicendi erit locus.

d) *Gangræna*, *sphacelus*, semper le-  
 tales, teste G. SWIETENIO (k) di-  
 cente: „ si gangræna validam inflam-  
 „ mationem uteri prægressam pro cau-  
 „ sa habuerit, non novi certa obser-  
 „ vatione constare, quod unquam hæc  
 „ curata fuerit; certe si unquam, sal-  
 „ tem rarissime talem curam continge-  
 „ re, vix erit ullus credo, qui dubi-  
 „ tet,,. Binis id exemplis I. H. FUCH-  
 SII (l) illustrare juvat. Primiparæ  
 19 annor. post placentam una cum fœ-  
 tu violentius protractam dolor inde super-  
 fles continuus inguinis ischiiqve dextri

(k) l. c. p. m. 46c.

(l) Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 146. p. 330. sqq.



urens 4 dies mansit, lochiis rite procedentibus, quæ ubi die 5<sup>o</sup> post flatulenta ac dyspepta alimenta, frigusque admissum repente substitissent, ille vehementior evasit ac totum ventrem lacesivit, ventre simul intumescente, tumoreque in latere dextro spithamam fere longo acute dolente, oborto, cum febre acuta continua usque ad delirium crescente furiosum, donec ægra sensibus ac loquela privaretur. Frustra variis tentatis tandem die 9<sup>o</sup> capiti spiritu serpilli & formicar. camphorato crocato ope triplicis linteï admoto, abdomini vero cataplasmate tonico resolvente (m) applicito, & 15 pilulis balsam. STAHL. in liqore calido solutis ori referato infusis lochia alvusque procedere cœpissent, ventre subsidente, & ægra ad mentem redeunte, pristinumque ventris dolorem sentiente. Sed observata tum simul miliaria in collo nucha ac pectore erumpentia fuere ominosa; quippe quæ postquam diem hysteritidi sine pruritu totius abdominis supervenientia gangrænam portendant: & vero mitius transacto die 10<sup>mo</sup> mane

---

(m) Vide curat. chir. No 5.

Irim tumor lateris dextri dolentior binisqve pugnīs æqualis evasit, æstu quoque incremente. Tumori unguentum  $\text{b}$  num illitum, impositumque empl. balsam. illum doloremque minuit, confectio aliquot horarum somno, donec circa meridiem puerpera obiisset. In cadavere uterus totus eiqve vicina intestina nigerrima ac sphacelosa sunt re-  
 perta, ceteris partibus illibatis: in latere uteri dextro, ubi dolor ante tumorque fuit, frustula secundix palmam magnæ, calamumque scriptorium crassæ, ab avulsione violenta placentæ superfuere. Alia (n) perinde primipara 19 annorum 3<sup>o</sup> die post laboriosorem partum ad coxam urentem dolorem cum horrore æstuque alterno sensit; accessit anxietas, inqvies, delirium placidum, sitis ingens ac diarrhœa, lochiis parcis & aqvosis fluentibus. Cura perperam ad eruptionem purpuræ calidis diaphoreticis similique regimine procurandam instituta, dolor & ardor in coxa lumbisque crevit, sitis perinde; lochiis prorsus suppressis, diarrhœa quoque nunc crebrior vires magis dejecit, purpura

---

(n) l. c. p. 333. sq.

nulla, paucis hic illic pustulis, aliunde  
 etiam repetendis, exceptis, prodeunte.  
 Declinante die 4<sup>o</sup> repente omnis dolor  
 ardorque evanuit, ægræ spem erigens:  
 at circa horam 2<sup>am</sup> matutinam diei  
 5<sup>i</sup> puerpera velut dormitura expirat.  
 Uterus in cadavere summe inflammatus  
 & laceratus, grumulisque sanguineis tor-  
 refactis obütus est repertus. Sic etiam A.  
 BRENDÉLII (o) meretrix fœtum per-  
 ditura dum stilo acuto in uterum aliquoties  
 indito placentam fœtumque trajiceret,  
 post insignem hæmorrhagiam abortiens  
 ex hysteritide cum deliriis ac nervorum  
 distentione interiit. Cervix uteri late  
 hiabat, tabo cruento e laceris valis  
 sphacelatis manante: collum uteri vici-  
 næque partes inflammatae periinde in pu-  
 tredinem abiire. „ Perinde talem ex in-  
 „ inflammatione uterina demortuam pu-  
 „ erperam . . . aperuit coram nobis,  
 „ inquit HOCTIN (p) . . . BAMPES M.  
 „ D. . . . in qua vivente uterus gravido  
 „ æqvaret. . . . Femina . . . 20<sup>a</sup> circ. die  
 „ post plura ex citatis passa symptoma-  
 „ ta vi morbi succubuit. In dissecto

---

(o) Misc. nat. cur. Cent. 3. Obs. 157.

(p) l. c. Sect. 2. p. 10.

„ cadavere totum jam genitale orga-  
 „ num fœtida corruptum erat gangræ-  
 „ na. „ Tanto etiam certior lugubrior-  
 „ que est pernicies gangrænæ in utero ad-  
 „ huc gravido, quippe qui partus tempo-  
 „ re facile laceretur. Hujusmodi gangræ-  
 „ nam letalem observavit F. MAURICEAU  
 „ (9), videlicet mulieri a 14 diebus u-  
 „ trumque vulvæ labium ac femora infi-  
 „ gniter tumebant, hypogastrio simul ita  
 „ dolente, ut nec levem digiti contactum  
 „ rulerit. Abdomen gravidarum in mo-  
 „ dum tumebat quidem; at ægra inde ab  
 „ ab ultimo partu, duodecimo, 14 men-  
 „ ses catameniis carens primo octimestri  
 „ febricitavit etiam, neque deinceps un-  
 „ quam fœtus motum perceperat, mammis  
 „ quoque flaccidis pendentibus: ut proinde  
 „ ambiguum esset, fœtuine an morboſis cau-  
 „ ſis tumor abominis deberetur. Cum au-  
 „ tem vulvæ tumor explorationem uteri  
 „ non admitteret, imperato mulieri gra-  
 „ vidarum regimine, biduo post ambo  
 „ vulvæ labia scarificata inūgnem per ali-  
 „ quot continuos dies aquæ copiam fude-  
 „ runt, subsidenteque inde tumore mulier  
 „ quidem post aliquot dies gemellos eni-

---

(9) Observ. 65.

xa est circiter quadrimestres, vivum alium, alium mortuum, at ob uteri genitaliumque inflammationem in gangrænam desinentem 3<sup>o</sup> post die obiit. Alterum vero luculentum hujus eventus tragici exemplum memoriæ prodidit I. JACQUEZ (r) a SERINIO observatum: Susanna . . . quadraginta annos nata, gravidarum Xenodochium adiit tertia die Martii Anno 1775. Vertere cœperat nonus ipsius graviditatis mensis, cum de insigni vaginæ impatientia & mediocri vulvæ tumefactione conquerebatur. Per hunc mensem recruderant identidem in intima pelvi dolores acutissimi cum convulsionibus, quas venæ sectionibus & antispasmodicis discusserat Clariss. ROEDERER meus in Xenodochio Collega experientissimus: sed fixus quidam & obscurus dolor in regione hypogastrica, exceptis diebus ultimis, ab hoc tempore duraverat; cum tertia Aprilis, primos partus dolores experta est. Ad eam advolavi cum auditoribus, atque post disquisitiones nonnul-

---

(r) Diss. de partu quodam naturali laborioso propter gangrænam in utero præexist. & rupturam. 4<sup>to</sup> Argentorati 1775.

las primiparam examinavi. Hanc reperi staturæ humilis, sed rite conformatæ: illius abdomen tumebat plus æquo; turgabant labia, & humor saniosus, odorem cadaverosum referens, e genitalibus stillabat: jam erat vultu demisso; os ejus livore decolorabatur; pulsus frequens sed debilis vix digitum feriebat. Attamen dolores, satis frequentes aderant, verum infirmi & perperam efficaces. Quibus omnibus rite perpensis, vidi statum miseræ periculosissimum esse, omniaque auxilia, quam potui cito, ipsi suppeditavi. Hunc in finem jussi illam horizontaliter in dorso decumbere, ut quo loco res essent, tactu investigarem ulterius. Hac in positura corpus uteri supra vertebrae reclinando fecit, ut orificium ejus antea profunde situm & os sacrum respiciens, ad pelvis axim accederet: ipsius apertura denarii superficiem non superabat: relaxavit sese paululum; & hora nona serotina propter membranarum tumorem rotundum conjecimus, caput obvium esse; quod tamen, non nisi postridie ejus diei, hora tertia matutina, trans magnam aquarum molem digito explorari potuit. Crescebat interim paululum puerperæ debilitas, quam remove-

re curabam, juribus identidem propinatis, cum uno aut altero cochleari vini generosi; & quamvis miserrimus erat ægrotantis status, partum nihilo secius naturæ viribus solis absolutum iri sperabam: dolores namque imbecilli, cum frequenter redirent, hinc fiebat ut protruderetur sensim caput deorsum, & ipsæ etiam membranæ disrumpentur. Effluxis, quæ totum conclave infecerant odore teterrimo, aquis, ad partem pelvis circiter dimidiam dilapsam est hora septima matutina: verum eo in loco comprimebatur arctissime; supereqvitabant parietalia ad lineas circiter quatuor; & tumor mollis, parvus, neque pressioni respondens, vertici supereminebat. Instabant adhuc dolores expulsivi, cum edito planctu magno deliquium passa est, cui mox convulsiones sese comites adjunxerunt. Illud fatebatur instauratis viribus, se dolorem acerbum cum crepitu expertam esse in regione hypogastrica, & sibi fœtum ex utero visum egredi. Ex eo momento pulsus intermittens fieri cœpit, extremitates frigescere & motu convulsivo agitari: tum abjecimus spem, quam in natura reposueramus omnes, atque partum artis auxilio absolvendum esse

pronunciavi; multum erat, quod de infantis morte dubitarem: intolerabilis avarum annii foetor; maxima parietalium supereqvatio; & quod praecipuum iu hac occasione signum est, conspicua molliculi tumoris desidentia, rem nondum satis declarabant. Interea ne matris funus maturaret operatio, illud me anxium detinebat. Et vero ipsa mortis imago per omnes sensus in animum venerunt: humorum jamjam ante disrupta velamenta foetidorum odor cadaverosus; uteri crepitus; infans matri visus extra uterum proflire; pulsus intermittentis exilitas; extremitatum frigus; haec omnia mente volvebam, cum non de disteriis, sed de munere potius explendo sollicitus, unctam manum capiti icetus admovi, ut dorsum ejus perinæum matris respiceret. Degravatum fuerat caput in situ naturali, & facies sacri cavitatem partim occupabat: illud itaque sensum sublevando, versus ischium sinistrum invertere curavi, ut capitis major diameter pelvis majori diametro responderet: quo facto, erepserunt digiti ad maxillam inferiorem, & dein ad aliam, quas leni gyro superiora versus molliter perducebant, dum vola manus sublevabat reliquum, & flexionis motum



tum adjuvabat. Sic motus ille obliquus in causa fuit, cur non caput solum cum cervice, sed reliqua vertebrarum columna flecteretur; atque vertice regionem iliacam usque paulatim elato, pedes pariter circumvecti, ad partem regionis ejusdem oppositam delapsi sunt. His arreptis infantem extraxi statim ad humeros usque, & brachia juxta LAMOTTII methodum expedivi monebam tamen auditores me ad eam fuisse coactum temporis angustiis: ea siquidem ratio, qua infante in utero adhuc superstitite, brachia reclinantur juxta corporis latera, mihi videtur LAMOTTII & DEVENTERI methodis longe securior, & semper anteponenda, cum securius & facilius superari possint pelvis angustia. Supererat caput extrahendum: itaque alteram inserui manum supra pectus infantis, supra dorsum alteram, ad partes in viis residuas prorependo, ut faciem ejus possem in pelvi ad ilium latus alterutrum convertere, ne caput in pelvi superiore non transpressum juxta majorem utriusque diametrum, aliquam pateretur in egressu remoram. Quæ cum ita peregissem; statim superata hac pelvi, sub digitis rediit situs naturalis, ut facies sacri cavitatem occuparet. Tra-

hebam tunc temporis, motu leni & al-  
 terno, simulque occiput repellebat ma-  
 nus superior, superiora versus, dum ad  
 inferiora faciem altera manus educebat.  
 Brevi evasit e faucibus, quia minor hoc  
 modo diameter egrediebatur. Mortuus  
 erat fœtus. Cutis ejus deturpabatur co-  
 lore livido: epidermis variis in plagis  
 facile secedebat: funiculus ejus erat mol-  
 lis, depressus, & ad corruptionem pro-  
 nus: hunc placenta statim secuta est: ne-  
 que sanguis dimanavit multus. In per-  
 quirendo uteri statu valde curiosus, ma-  
 num in illius cavum immisi, cum ecce  
 intestina obtulerunt ei se se obviam, &  
 rupturam confirmaverunt. Illud perop-  
 tabam ea in locum repouere posse; sed  
 nulla supererat in hac uteri parte irritabi-  
 litas, & tanta aderat apertura, ut in cavi-  
 tatem rursus deciderent. Ergo desperavi  
 de salute mulieris; & eam in lectum re-  
 poni jussi; in quo quatuor horarum spa-  
 tio mortem cum vita commutavit. . . .  
 Cadavere aperto, visa est quantitas cru-  
 oris sat conspicua, diffusa per abdomi-  
 nis cavitatem: in uteri collo supra va-  
 ginæ insertionem apparuit ruptura an-  
 trorsum & sinistrorsum sita, protensa in  
 vaginam & septem circiter uncias longa:  
 totum uteri circuitum depascebatur spha-

celus in interioribus ad fundum usque, qui erat sanissimus : serpebat corruptio ulterius in latere sinistro; tuba, ovarium & ligamenta lata inficiebantur pariter, & pars superior vaginæ; inferior autem putridis humoribus & mucoso quasi tabo inviscata, vasa sua sanguine turgida & inflammata cum externis genitalibus exhibebat. Odor quæquæ versum spargebatur intolerabilis & fœtidissimus. Similem quoque casum refert c. RAYGERUS (s) de paupercula toto gestationis tempore dolores abdominis passa, cujus in fine tandem cum inter ingentes conatus parere nequiret, extincta est. Ex aperto ventre parum aquæ putridæ effluxit, ejus in cavo extra uterum sphacellosum, ac in frustra divulsam nigricantia & fœtida, mortuus fœtus perfectus, ac incorruptus inventus est. Nec multum ab his abludit casus F. LIEFMANNI (t) de matrona 21 annor. in 10<sup>m</sup> mensem jam gravida, quæ ante trimestre e scalis præceps lapsa brevi post internum abdominis in latere dextro ardorem,

(s) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 8. obs. 60.

(t) Annal. Vrat. Tenr. 28. A. 1724. April. Cl. 4. art. 11. p. 425. 699.

nec Væ Se nec aliis remediis tollendum passa sensim adeo tumuit, ut gemellorum suspicio esset. Incidit tandem in enormem hæmorrhagiam, nec tamen seu abdomen subsidebat, seu dolores partus secuti sunt. Postero mane porro excretis prope 2 cantharis, ▽æ luridæ ac jam fœtentis fœtus tam insolenter movebatur, ut matri pessime inde affectæ sedentique vestimenta palpitarent. Horis aliquot post omnia quievere, sed noctu febrili horrore cum vomitu prehensa est. Imminente tandem partu venter non tam subsidere quam tensione affici visus est, ac sub umbilico dextrorsum, ubi ante dolor ardens fuerat, introcedebat. Fœtu pelvim citra dolores ingresso varia frustra exhibita ad hos excitandos: postero quidem die aliqui identidem, sed breves & inefficaces languente ægra, sunt aborti. Vesperi (quod quotidie postmodo a 9<sup>a</sup> hora ad 1<sup>am</sup> noctis accidit) febris reversa est vehemens cum vomitu, singultu, delirio, pulsu micante ac tremulo. Die 3<sup>o</sup> 4<sup>o</sup> dolores nec cardiacis nec abortivis datis invalescebant, sed debiles trihorio durantes dimidium fœtus caput hydropicum propulere, postea loco non movendum. Labantibus viribus, ma-

teriaque foetidissima profluente ægra vespere reverso tanto totius corporis horrore, ut non artus tantum sed habitus quoque esset frigidus, delira singultiensque lectum petiit. Omnibus frustra tentatis post evanidos dolores, impossibilemque ad uterum accessum, tandem mentis impos & aphona matrona sub horrore 6<sup>ti</sup> paroxysmi febrilis accedente stertore interiit. Cadavere enormiter foetente cum rugitu ventris ad crepaturam distenti mane postero aperto, ex abdomine ingens humoris nigri putidissimi vis emissa est; tum foetus visui patuit, bene quidem situs, at 5 $\frac{1}{2}$  ulnæ quadrantes longus ac robustus, undique niger ac putridus excepto brachio dextro, quod pallidum erat & una cum osse ita complanatum, ac si diu in prælo fuisset, prorsus paralyticum (forte in lapsu matris ita læsum) caput duplo fere longius fuit, cranium cartilagineum, intus extusque hydropicum. Placenta scirrhusa firmissimeque accreta: chorda inflata, pallida, & circumducta: uterus ad dextram, qua tubæ cohæret, mox penes placentam e putredine pervius ad 4 pollices, circum foramen omnia tenuia erant; & una cum tubo putrida; intima uteri tunica nigra & gangranosa.

His quidem similia exempla e M. CORNACE, ALBUCA SI, aliisque complura F. ROSSETUS (u) memorat, ubi e putrefacto utero fœtus in abdomen illapsus ac sectione exemptus est, matre non tantum non pereunte, sed denuo post conceptum partu levata: verum gangrænofane an ulcerosa fuerit putrefactio dicta haud satis liquet, imo ulcerosum ubiqve fuisse dicitur. Interea posse gangrænam uteri a valida compressione ejus partium sub partu orta sanari SWIETENIUS (x) haud abnuit: cujusmodi quoque sunt gangrænæ uteris prolapsis ab affricu solennes; qui ita corrupti vel sponte excidere vel excisi sunt, ægra non pereunte (y).

---

(u) Exsectio fœtus vivi &c. S. 4 C. 4 hist. 1. 199.

(x) l. c.

(y) ROSSETUS l. c. C. 5. 6. & append. p. 208. 197. 199.

---

## C U R A T I O.

## I. I N D I C A T I O N E S.

Generales in omni inflammatione (z).

## II. I N D I C A T A

## A. C H I R U R G I C A.

I. *Sanguinis missio.* Hæc vacuatio tantam exigit in puerperis circumspersionem, ut nisi hysteritis adsit, instituta sæpius noceat, quam profit; & quoniam puerperis non paucæ ægritudines sunt solennes, quæ hysteritidis levioris, præsertim inchoantis, symptomata præ se ferunt, medelam tamen antiphlogisticæ oppositam exigunt, nec facile ab hysteritide, nisi graviori, discerni se patiuntur: ideo fuere, qui hic sanguinis missionem vix ausi fuerint svadere; inter quos JUNCKERUS (a) ipse affirmat, in inflammationibus internis, ubi diagnosi satis est intricata, præter peripneumoniam, satius omitti

(z) V. ASTRUC I. C. §. 7

(a) Conspect. med. pract. p. 248. No 1.

Væ Sem, quam temere tentari, præsertim vero ancipitem esse ejus eventum, ac, nisi mox initio fiat, noxiam magis quam utilem esse, dum ejusmodi febris inflammatoria typum aliquem habet. Perinde L O E S E K E (b) Væ Sem in plethoricis puerperis, si ante partum neglecta est, ac a partu parum sanguinis prodit, admittit: at præsentem jam certam hysteritidem cum Væ Se caute esse vult mercandum, eo quod citra illam hysteritis vel lochiorum fluxum, vel suppurationem, vel purpuræ eruptionem solvi soleat; nisi febris symptomatumque magnitudo, ac periculum præsentissimum eam exposcat. At recte hæc explodit E. G. BOSE (c), contendens 1) lochiorum profluxum non semper tuto expectari; cum enim illorum suppressio vel causet hysteritidem, vel ab hac efficiatur, nisi hysteritis tollatur minuatque arte, augeri poterit, atque hoc ipso lochiorum fluxum eo magis impediet, intereaque gangræna oriri poterit. Accedit, quod ipsum hunc lochiorum flu-

(b) Therap. spec. p. 152. 160.

(c) Diff. de V. S. in puerperis §. 6. Resp. c,  
C. SCHNORR. 4. Lips. 1768.



xum Væ So provocet: „ ex præcipuis  
 „ etiam lochiorum fluxum revocantibus  
 „ auxiliis, inquit HOFFMANNUS (d),  
 „ est Væ So : nec deterreri se patiatur  
 „ artifex symptomatum gravitate, ne-  
 „ que etiam ipsa purpura efflorescente,  
 „ sed confidenter admittat, si indica-  
 „ tiones adsunt. . . Quando autem . . .  
 „ natura cessantem aut insufficientem lo-  
 „ chiorum evacuationem liberali sudo-  
 „ re aut alvi fluxu compensat, absti-  
 „ nendum ab iis, quæ lochiis proritan-  
 „ dis alias serviunt, recte monet. Por-  
 „ ro essetne castum ratiocinium: peri-  
 „ pneumoniam solvit vel sputum vel sudor  
 „ vel purpura vel alvus vel metastasis,  
 „ ergo Væ So, nisi præsens periculum  
 „ ob febris symptomatumque magnitudi-  
 „ nem eam exigat, est caute facienda?  
 „ 2) Suppuratio non est exoptanda; ut  
 „ quæ non uterum modo, si uberior sit,  
 „ sed vesicam etiam & intestinum rectum  
 „ pessumdare contagione queat. Qvis au-  
 „ tem effecerit, ne suppuratio sequatur  
 „ vehemens, eamque tabes ne consequatur?  
 „ 3) Purpura autem, præterquam  
 „ quod PLATNERO (e) notante profun-

(d) l. c. cautel. §. 4.

(e) Ars medend. p. 436. sq.

dam inflammationem raro solvat, simul, si alba sit, non minus periculo exponit, seu quod humores pessime infectos notet, seu quod facillime retrocedens interitum causare valeat. Quæ cum ita sint, omnis cardo in eo vertitur, ut sagaci industria detegatur, utrum febris aliaque symptomata hysteritidem vel alium morbum adesse doceant: si hysteritis certo adest, antiphlogistica methodo tractanda erit: „ in quo casu Væ „ Sem conducere nemo dubitat, inquit SWIETENIUS (e), præsertim si cum cautelis AETII (f) instituitur dicentis: „ ubi vehementior inflammatio infesta- „ verit, si neque ætas, neque habitus, „ neque anni tempus obstitit, neque „ inflammatio post abortum, aut im- „ mensam sanguinis vacuationem super- „ venerit, cubiti vena secanda est, ac „ sanguis pro virium ratione educen- „ dus, licebitque in secunda quidem „ venam incidere, in tertia vero san- „ guinis missionem repetere, „ Et ad rem hic F. HOFFMANNUS (g) de

(f) l. c. ad §. 1332.

(g) L. 16. C. 85.

(b) l. c. curat. §. 4.

Væ Se : „ sicuti in Gallia (ait) hunc in  
 „ finem frequentius, quam par est, ad-  
 „ hibetur, ita perperam in nostra Ger-  
 „ mania rejicitur, ut plures inflamma-  
 „ toria uteri febre correptæ pereant,  
 „ quæ tempeſtiva ſanguinis miſſione po-  
 „ tuiffent ſervari,,. Qværitur autem  
 hic porro, in pedene an brachio Væ  
 So ſit facienda? revulſio enim brachium,  
 lochiorum vero provocatio pedem exi-  
 gere videtur. Interea ſi conſideres men-  
 ſes ab uteri plethora, quæ in hysteriti-  
 de ſumma eſt etiam, ſuppreſſos Væ Se  
 in brachio evocari, utiqve lochia etiam  
 Væ So brachii hic eliciet, ac proinde  
 tum revulſioni tum hiſce eliciendis eſt  
 utilis, id quod e praxi ipſa MAN-  
 NINGHAMO (b) conſtitit dicenti : „ ſi  
 „ ſuppreſſis lochiis inflammetur uterus,  
 „ e brachio potius, quam e pede, mit-  
 „ tatur ſanguis,,. Idem inculcat P.  
 MAURICEAU (i) & J. ASTRUC (k).  
 Haud vero ita id accipiendum eſt, qua-  
 ſi Væ So in pede aut nociva aut inuti-  
 lis eſſet; utilem enim perinde & GALE-

(i) Art. obſtric. compend. p. 87.

(k) Cent. 3. Obſ. 287.

(l) l. c. p. m. 176. 179.

NUS (*m*) & HOFFMANNUS (*n*) ha-  
 bet, imo præ brachio eam in pede fie-  
 ri vult, inqviens „ si . . . febris im-  
 „ petit assidua, venter flatibus attolli-  
 „ tur, uteri purgamenta retinentur,  
 „ & spasmi ad superiora vergunt infe-  
 „ sti . . . sanguinis copia sub gravid-  
 „ tate justo plus accumulata minuenda  
 „ per Væ Sem, non in superioribus,  
 „ sed pede institutam,„. Respicit hic  
 author ad plethoram dubio procul ute-  
 ri localem ( non universalem ), in qua  
 pedis Væ Sem svasit GALFENUS (*o*)  
 in mensibus suppressis, vetuit vero bra-  
 chii, uspotè obstantem magis. Nec uti-  
 litatis e Væ Se in pede ratio est obscu-  
 ra; nam „ quamvis . . . per V. S. in  
 „ pede institutam, ait SWIETEN (*p*),  
 „ minuatur resistentia sanguini per in-  
 „ feriores arterias fluenti, adeoque in  
 „ illis augeatur celeritas; tamen ob ean-  
 „ dem rationem avertitur impetus &  
 „ copia ab ipso utero, saltem pro par-  
 „ te: dum enim acceleratur motus per  
 „ arteriam iliacam externam, minuitur

(*m*) De cur. rat. per V. S. cap. 11.

(*n*) l. c. curat. §. 4.

(*o*) l. c.

(*p*) l. c. ad §. 1331. p. m. 469.

„ impetus per iliacam internam ejus-  
 „ dem lateris, quæ præcipuos utero  
 „ ramos largitur,,. Et vero observa-  
 ta quoque ratiocinio huic consentiunt.  
 Sic secta in pede vena matronæ HOFF-  
 MANNI (q) morbum insigniter mi-  
 nuit, & feminæ apud HÆER (r) am-  
 bæ saphænæ sensim tusæ lochia critica eli-  
 cuere. Interea tamen P. FORESTUS (o)  
 ÆGINETAM, AETIUMQUE secutus  
 brachii primum venam tundi svadet,  
 ac si iterata Væ Se opus sit, alteram in  
 talo consulit faciendam; quod ipsum  
 HOFFMANNUS (t) velut sui oblitus  
 svadet: „ quæ demum (inquiens) a  
 „ violentia externa inducitur uteri in-  
 „ flammatio cum febre, dolore ingvi-  
 „ num, mejendi difficultate, & spas-  
 „ mis in remotis etiam partibus, nec  
 „ non alvi adstrictione, postulat quam  
 „ maxime Væ Sem non modo maturam,  
 „ sed & repetitam, primo in brachio,  
 „ ac dein in pede institutam,,. Nisi  
 velis, Auctorem hic ad causam morbi  
 externam, prius vero internam respe-

---

(q) Vide prognos. No 3. b.)

(r) Vide prognos. No 3. c)

(s) l. c. Schol. ad Obs. 43.

(t) l. c. §. 8.

xiffe, cui rei FORESTI (*u*) plebeix casus aptari posset; cujus monitum etiam non est negligendum de Vx Sx eo in lateris seu brachio seu pede faciunda, qvo in latere dolor tumorve uteri sentitur major (*x*), velut cum fructu in Delphensi muliere (*y*) est observatum. Pluribus hæc omnia observationibus confirmat etiam F. MAURICEAU (*z*), nimirum primiparæ, cum jam inde ex altero a partu die lochia non nisi aqvosum ichorem referrent, embriulus lochiorum promovendorum causa die 3<sup>o</sup> acria enemata ano infudit; verum stimulo horum vasa uteri, crassiore lochiorum parte jam ante in iisdem restitante, magis etiam constricta inflammationem uteri causarunt, quæ ad 10<sup>um</sup> usque a partu diem adeo invaluit, ut ægra convulsionibus quoque accedentibus prope conclamata videretur. Vx S<sup>o</sup> principio neglecta etsi fera jam videbatur, tamen quod sola profutura sperabatur, bis eodem die in brachio, biduoque post in femore, instituta est, simulque enemata emol-

( *u* ) Vide caus. procat. No 4.

( *x* ) l. c. Obs. 43. Schol.

( *y* ) Vide caus. proegum. No 4.

( *z* ) Observ. 287.

lientia & anodyna injecta, ac similes fottus abdomini totiqve hypogastrio tepide & crebro admoti. Atqve hac medendi methodo puerpera intra paucos dies convaluit. Porro (a) juvenem primiparam post facilem partum primamqve puerperii diem commode transactam vehemensprehendit abdominis lævo in latere dolor in renem ac femur usqve ejusdem lateris excurrrens. Lochia tantum aquosa procedebant, tussisqve continua omni nocte graviter affligens vexabat. Unde dolor abdominis vehementer crevit. Supervenit acuta febris qualibet nocte paroxysmos habens, & ad 14<sup>um</sup> usqve diem durans. Secta autem ter in brachio semelqve in femore vena ægra post 14 diem sensim convaluit. Haud fecius (b) mulier 6. 7ve hebdomades gravidam se existimans post vehementem ante 3 abhinc septimanas succussionem corporis, dum eqvo iter faceret, toleratam, & venam ad menses revocandos, quos citra graviditatem substituisse rebatur, in pede tussam, a triduo membranaceas lacinias uterini cujusdam

---

(a) Observ. 350.

(b) Observ. 407.

concrementi excernebat. Quo viso obstetrix ad uterum profus purgandum complura enemata acria & medicamenta diuretica calida in usum traxit: a quibus gravius etiam laceffit uterus cum inflammari cœpisset, Auctoris consilio secta bis brachi vena, solumque serum lactis pro potu ac enematibus usurpatum, ægram brevi pristinae reddidit valetudini. Denique (c) etiam puerperæ, quam imperita obstetrix ante octiduum in partu rudi ac violenta manu tractaverat, 30 a partu die uterus inflammari cœpit cum vehementi totius ventris tensione ac dolore, omnimodaque lochiorum suppressione. At secta bis vena brachii, fetusque emollientes hypogastrio admoti solatio fuere. Denique utilissima quoque est in hysteritide post sanguinem e brachio ac pede missum, si ulterius etiam detrahendus est, cucurbitula super pubem scarificata, de qua ZACUTUS (d), etsi (inquit) medici edocti a GALENO in locis multis solum in pleuritide, pulmonia, inflammatione hepatis, ventriculi,

(c) Observ. 473.

(d) Prax. histor. L. 9. C. 14. Obs. p. m. 224.  
lie-



„ lienis cucurbitulam scarificatam impo-  
 „ nendam consulant, sufficienter prius  
 „ vacuato corpore, ut causa conjuncta  
 „ elidatur foras; tamen in inflamma-  
 „ tione uteri ob eundem usum esse uti-  
 „ lissimam non semel adinveni. Cum  
 „ enim feminæ dolores paterentur imma-  
 „ nes infra umbilicum perceptos, quos  
 „ tumor in eadem parte, vigilia, fe-  
 „ bris ardens, anxietas, paraphrenitis,  
 „ lingua fuliginosa exusta, comitaban-  
 „ tur, neque hæc symptomata sæva tot  
 „ evacuantiis & aliis cederent auxi-  
 „ liis, ut apponatur cucurbita magna  
 „ super pubem vel in parte, in qua  
 „ tumor magis percipiebatur, derasis  
 „ prius pilis, impero cum scarificatio-  
 „ ne multa: qua evacuatione celebra-  
 „ ta lochia emanarunt copiose, & illæ  
 „ symptomata mitiora expertæ sunt.  
 „ Hac ergo sarcina ex viciniore loco  
 „ deposita paulatim paucis applicitis  
 „ convaluere „ His itaque expensis  
 „ satis liquet, quanta sanguinis mittendi  
 „ in hysteritide sit necessitas. At vero  
 „ ita sobrie simul ac religiose mittendus  
 „ est, ne excessu pecces, a quo funestum  
 „ eventum vidit F. HOFFMANNUS ( e )

( e ) l. c. Obs. 9.

in matrona 33 annorum altero mox a partu die de insigni ardore, dolore, tumoreque in interioribus vaginæ, a rudi colli uteri interni manu obstetricis contrectatione inducto. Exacerbatis postea symptomatibus, accedente febrili æstu, & lochiis quoque non rite fluentibus, accitus archiater venam brachii tundi jubet, sine levamine, auctis potius anxietate, palpitatione cordis, & inquietudine, & cum alvus etiam cum pedum frigore stringeretur, dato decocto maunato cum cassia, intra 7 dies sanguinem sexies jam e brachio jam pede misit: sub postrema Væ Se oculi ita cœperunt caligare, ut ægra lucidissima die candulam inferri posceret; ac paulo post letalis lipothymia est consecuta. Die postero in cadavere secto præter vaginæ tumorem, cui macula nigra dimidium unciale magna ad internum uteri orificium insidebat, nihil est repertum; in toto autem vasorum systemate vix aliquot cochlearia sanguinis residui sunt reperta.

2. *Enemata* hic summæ sunt efficaciam; alvum enim, quæ obstructa accumulata sece uterum irritando morbum exasperat, movent, febrem minuunt, uterum contactu suo lovent haud lecius

ac vesica decocto medicato plena loco affecto admota, sicque dolorem pacare, inflammationem resolvere, &c. valent: ut proinde fere omnia eadem, quæ ore exhibentur, forisve admoventur medicamenti titulo, ope enematum administrari queant. Quoties autem injicienda sint, morbi vis ac symptomatum varietas docebit: quotidie injici jussit HEER (f), 6<sup>a</sup> quavis hora ALIX (g). Varia quoque pro varietate symptomatis urgentis injicere oportebit: in diarrhœa excedente chalybeatum pulchre profuit VALLISNERII (b) puerperæ; & „ molestissimum... hujus „ passionis symptoma tenesmus, præter „ infusus emollientes, egregie lenit. °. „ amygd. dul. vel mucilago seminis psyllii, aut sænu græci ad ℥jij. cum 12 extracti croci granis ano injecta, (\*).

3. *Injectiones uterinæ*, aut *vapores* intra vaginam admissi ejusdem, ut enemata, sunt utilitatis, nisi quod varietatem remediorum non admittant, sed blandissima emollientia quæque expo-

(f) Vide prognos. No 3. c).

(g) Vide curat. pharm. No 1.

(b) Vide prognos. No 3. a).

(\*) НОФФМ. l. c. §. 6.

ſcant, nec magno impetu immittendæ  
 ſint, ne irritent. Svatit eas jam HIP-  
 POCRATES (i) dicens: „ quod ſi u-  
 „ teri ex partu inflammatione laborent,  
 „ ſolani ſuccum in pudenda infundito, &  
 „ ubi calidus evaſerit, alium affundito.  
 „ Si vero hic non adfuerit, lentifci aut  
 „ rhamni aut betæ aut cucurbitæ ſuc-  
 „ cum expreſſum infundito,„. Nec ab-  
 horruit harum injectionum uſum FORE-  
 STUS (k), & F. HOFFMANNUS (l)  
 „ ad injectionem . . . commendat  
 „ ſolum lac vel aſininum vel muliebre  
 „ cum floribus ſambuci, myrrha, & cro-  
 „ co, adjecto nitro decoctum, : qveis  
 ſimilia etiam J. ASTRUC (m) magno-  
 pere commendat. Et ſane huiusmodi  
 in caſu uſ teſte E. SANDIFORTIO (n)  
 ipſius quoque aquæ calidæ injectiones  
 ſummæ utilitatis fuiſſe obſervationibus  
 conſtitit. Svatit eas RECOLIN (o)  
 & in aliquot feminis, in quarum ute-

(i) De natur. muliebr. No 81. p. m. 570.

(k) l. c. Obſ. 41.

(l) l. c. curat. §. 6.

(m) l. c. p. m. 177.

(n) l. c. p. 108. nota (a).

(o) Memoir. de l' Acad. R. de Chirurg. T.  
 3. p. 202.

ro post abortum aliqua secundinarum pars remanet, aquam calidam aliquoties ope syringæ in ipsum uterum injectit: quo facto symptomata non solum mitiora reddita sunt, sed secundinarum etiam reliquæ posthac exierunt. Aquam simplicem calefactum, utpote magis solventem, reliquis injectionibus antepont: secundinas enim non solum hac ipsa detruendi, sed & humores putridos lætidiosque, nec non sanguinis grumos, eadem elui, uterumque plane purgari asserit. Injections autem in vesicam haud immerito J. ASTRUC (p) rejicit.

4. *Pessaria* vero ad lochia proliciendâ quamvis post HIPPOCRATEM (q) FORESTUS (r), HOFFMANNUS (s), aliique commendent, tamen SWIETENIUS (\*) haud satis iisdem fidentum esse ait „admodum (inquiens) „dubium videtur, an in lochiorum „suppressione tuto adhiberi possent; „os enim uteri & ipsa vagina partus „tempore multum passa fuerunt, hinc

(p) l. c. p. m. 180.

(q) l. c. vid. SWIET. l. c. p. m. 459.

(r) l. c. Schol. ad Obs. 43.

(s) l. c.

(\*) l. c.

„ facile irritari possunt, quod videtur  
 „ omnino evitandum esse. Bonâ fide  
 „ fateor, quod ad hunc scopum, lo-  
 „ chia nempe provocandi, pessariis nun-  
 „ quam usus fuerim,,. Tanto autem  
 minus scopo inflammationis minuendæ  
 commendari merentur; nam si emollientia  
 sunt, ipsa sua massa, si acria, ipso  
 stimulo aromatico vaginam irritare va-  
 lent a partu sensibilem.

5. *Litus, fofus*, laxantes anodynî, re-  
 solventes, & calidi, non item frigidi, quos  
 recte ASTRUC (t) damnat, lumbis, pu-  
 bi, toti ventri utiliter admoventur; mo-  
 do fofus non sint ponderosi, ne premen-  
 do dolorem intendant. Litus sane cum  
 non sine leni quadam frictione, discutien-  
 dis inflammationibus perquam salutari,  
 adhibeantur, simul id commodi habent,  
 quod nullo pondere sint molesti: de-  
 ferviuntque pro iis optime miscelæ e-  
 mollientium cum lenibus nervinis, ut  
 sunt aromatica quadam oleis pressis in-  
 cocta, vel unguenta his analogâ, v. g.  
 unguenta emollientia cum camphora,  
 &c. In desperatis vero casibus sæpe ad  
 miraculum litus bñi profuere. Narrat

---

(t) l. c. p. m. 180.

I. H. FUCHSIUS (u) mulierem 18 annorum ex apostemate a variolis infantiae relicto semper valetudinariam initio graviditatis secundae per aliquot hebdomades vehementi raphania (Kriebelkrankheit) afflictam, inde postea aut variante tempestate, aut animo commoto prius, varios rheumatismos spasticos tota gestatione sustinuisse, donec laboriosius peperit. Binis inde diebus cum bene haberet, die 30 lochiis imminutis dolorem inguinis ventrisque sensit, ac intra paucas horas abdomen, ut ante partum intumuit, supervenit horror cum aestu alternans, & purpuræ hic illic largius erumpentis iudicia aderant. Datis nitrosis, diapnoicis temperantibus, & antifebrilibus alexipharmacis uterinis, extus vero sacculis anodynis resolventibus sæpe admotis, & diapnoe largior & purpura uberior obtenta est, nihilo tamen seu dolore seu anxietate lenita, imo acutior dolor, tumor altior evasit, ardor in abdomine major, ac pro lochiis ichor putris foetensque prodibat, anxietas ad lipothymiam usque crevit, deliriis quoque ac-

---

(u) l. c. p. 335. sq.

cedentibus. Idcirco confestim toti abdomini unguentum de lithargyrio & cerussa mistis illitum eo cum successu, ut dolor ardens remiserit, tumore in pristinas rugas subsidente, ægraque ad se redire cœperit. Litu eodem aliquoties iterato, ac superposito empl. balsam. h̄ no dolor æstusque evanuit, eorumque in locum toto ventre, jam collapsa, dorsoque ingens pruritus est obortus, ac vires in horas increvere. Postea in & externis remediis adhibitis lochia rediere, purpura placide processit, ac puerpera paucis post diebus ad pristinam rediit sanitatem. Pro lotu vero F. HOFFMANNUS (x) sequens epithema eximium esse testatur:

℞. ∇<sup>a</sup> d' arqvebusade ℥jv

Essentiæ Croci

℥ camphorati aa ℥ij

Nitr. in ∇<sup>a</sup> ll. samb. s. q. soluti

℥i. M. Cum uti voles, aceto rutæ aut scordii remixtum linteis duplicatis sæpius applicetur (∇<sup>a</sup> d' arqvebus. nil est aliud, quam vinum Rhenan. ab herbis vulnerariis in MB ad siccitatem abstractum. Efficax sane remedium cum ob acetum

---

(x) l. c. §. 6.



& alia discutientia, tum præsertim ob  
 ♡ camphoratum; quanta enim cam-  
 phoræ inlit vis inflammationes dissipandi,  
 in vulgus notum est, & ad rem facit  
 Annalium Vratilav. (-y) casus de  
 primipara 26 annor. quæ post partum  
 operosiores, sub eoqve immaturas obstetricis  
 manibus ac sensibiles nimis suppetias  
 toleratas, lochiis ubertim cum grumis  
 profluentibus, nihilominus altero  
 mox die incidit in æstum cum deliriis,  
 quæ etsi iterum lenita sunt, tamen  
 haud ita multo post prævium noctu  
 incubum ambo rediere cum vehementi  
 simul ventris, præsertim in dextro  
 hypochondrio, dolore: die abhiuc  
 3<sup>o</sup> malum ita increvit, ut aponia quoque  
 accesserit, fugax quidem, & in  
 balbutiem abiens, sed rursus reversa,  
 idque sæpe ita reciprocando. Oris quoque  
 musculi convulsi in totius corporis  
 demum convulsiones abiere. Pulsus  
 erat debilissimus; ac licet interdum sui  
 compos fieret ægrota, potissimum tamen  
 sui inscia erat. Nox omnia graviora  
 fecit: semel strato se proripuit ægra: &

---

(y) Tent. 6. A. 1718. Decemb. Cl. 2. Art. 1.  
 §. 2. p. 1941. sq.

postero die sibi denuo aliquatenus red-  
 dita de enormi ventris imi dolore ar-  
 dente velut a pruna candente quereba-  
 tur, lochiis parvis nec nisi ichorosis  
 fluentibus. Idcirco solertissime campho-  
 rati fofus ventri adhibebantur, tanto  
 cum levamine, ut sub interno simul usu  
 sum nitroso-cinnabarinorum diapnoico-  
 rum, & quæ cum lochia tum alvum  
 blande solverent, soluta ipso hoc & se-  
 quente die ad 3. 4. 5. vices alvo, cum  
 intercurrente quandoque solo tenesmo,  
 & dolore continuo procedente, ardor  
 brevi desineret, ægra ad se rediret, lo-  
 chia melius succederent, ac paulo post  
 valetudo plena sequeretur, superstite  
 tantum aliqua linguæ gravitate, sed  
 haud nimis diuturna. Litibus his, aut  
 fofibus superponi, si necessum fuerit,  
 aut sola per se etiam applicari possunt  
 cataplasmata, modo non sint pondero-  
 sa, ut ante jam dictum est, (z) eaque  
 emollientia, v. g. linum in lacte coctum,  
 ut I. STORCH (a) admovit. quævis le-  
 nia discutientia admisceri possunt. FO-  
 RESTO (b) solenne erat in maximo vi-

---

(z) ASTRUC l. c. p. m. 177.

(a) Vide prognos. No 3. d )

(b) l. c. Obf. 41.

gore morbi adhibere cataplasma emollientissimum cum pauculo discutiente remedio mistum, v. g. micam panis in lacte coctam cum oleo chamæmeli, postea vero, prout inflammatio minuebatur, ita magis semper discutiens adhibebat cataplasma. I. H. FUCHSIUS (c) testatur, ab se cum voto semper usurpatum fuisse cataplasma tonico-resolvens ac discutiens e ðe rad. consolid. maj. sigilli Salomon. & Althææ cum vino vel fortissimo lixivio cocto, ita ut, quoties siccescere inciperet (quod in convalescentibus celeriter accedit), novum toties calide applicaret; narratque (d) puerperam tertium partu rite levatam, primo quatruiduo prospere exacto, postquam & nudipes ambulans frigus admisit, & vino edulsiisque variis indulgit, lochiis imminutis, pauloque post plane suppressis, febriles motus sensisse, qui invalescentes sensim in gravem hysteritidem evasere, cum alvo obstructa & anxietate ad syncopen usque vexante. Cum ante memoratum unguentum Saturnin. ventri illitum nihil opis tulisset, ad alvum ac lochia revocanda da-

---

(c) L. c. p. 331. 338.

tæ sunt pilulæ balsam. STAHL. n<sup>o</sup> 15. optato cum eventu. Interea ardore doloreque ventris pergente lochia rursus deficere, eorumque loco materia livida foetidissima fluere cœpit. Idcirco seposito inuiti unguento cataplasma dictum est admotum eo cum effectu, ut sub interno simul usu temperantium nitroforum & alexipharmacorum diapuoicorum discutientium sub noctem diei 6<sup>a</sup> per totum ventrem in rugas collapsum ac dorsum pruritus fuerit obortus (certum incipientis resolutionis benignæ signum), lochiaque uberrime rursus fluere cœperint. Die 7<sup>o</sup> omnia reliqua symptomata desiere, ac sanitas pristina est consecuta. Cataplasmatibus hujus efficaciam ipse etiam P. G. WERLHOFIUS (e) est expertus salutarem: „ duas (inqui-  
 „ ens) . . . puerperas tractavi pericu-  
 „ losa uteri inflammatione laborantes,  
 „ die puerperii 2<sup>o</sup> horrore correptas,  
 „ cum dolore ardente & fixo abdomi-  
 „ nis & dorsi, æstu dein accedente ma-  
 „ gno, anxietate iugenti, cephalalgia,

(d) *Ibidem* p. 337. sq.

(e) *Commerc. Nor. T. 3. A. 1733. hebdom. 38. art. 3. p. 298.*

„ vigiliis, deliriis, pulsu frequenti magno  
 „ duro inæquali, diarrhœa, lochiorum  
 „ suppressione, a die inde puerperii 30.  
 „ Purpura miliaris in altera 4<sup>o</sup> in alte-  
 „ ra 7<sup>o</sup> die erupit. Præcesserat in utra-  
 „ que parus laboriosissimus præter natu-  
 „ ram, in altera etiam avulsio secundi-  
 „ næ adhærentis fat subita. Adhibui  
 „ intrinsecus præcipue emulsionem sem.  
 „ cardui Mariæ & aqvilegii cum deco-  
 „ cto C. C. ulsi factam, adjectis ὄβυς  
 „ diaphoreticis fixis; extus vero reme-  
 „ dium a D. FUCHSIO . . . communica-  
 „ tum, cataplasma nempe ex farina  
 „ consolidæ majoris, althææ, & sigilli  
 „ Salomonis ana, cum lixivio fortissi-  
 „ mo coctum, & toti abdomini tepide  
 „ frequenter & continue admotum:  
 „ quod & symptomata istatim lenivit,  
 „ & magnæ lochiorum purulentorum  
 „ copiæ fluxum revocavit intra *πυρρὴν*  
 „ servavitqve per totum morbum adeo,  
 „ ut decursus ejus placidior fieret, &  
 „ exitus deniqve in sanitatem evade-  
 „ ret exoptatam, circa diem puerperii  
 „ in altera 11<sup>um</sup> in altera 14<sup>um</sup>, quibus  
 „ purpura exsiccata per squamulas  
 „ decidit. Plurium medicorum expe-  
 „ rientia commendatam velim exter-  
 „ nam istam medelam, attentione & u-

„ iu digniffimam, quam laudatus Au-  
 „ ctor ad inflammationem uteri, quip-  
 „ pe frequentiffimam, per sphacolum  
 „ mortis puerperarum caufam, & ad  
 „ ipfam purpuram miliarem fumme uti-  
 „ lem longa & repetita experientia re-  
 „ perit „. Tentavit etiam id ipfum re-  
 „ medium aliquoties HANNES (f), at  
 rariffime eodem cum fuffeflu.

6. *Balnea* denique AETIUS (g) in  
 declinatione morbi fvalet adhiberi;  
 BERTRUTIUS (h) vero apud FORE-  
 STUM (i) eadem in ftatu quoque &  
 augmento locum habere vult ad alvum  
 urinamque fuppreffas ciendas: „ con-  
 „ fuevit hic (aiens) fupervenire acci-  
 „ dens timorofum, fcil. retentio fterco-  
 „ ris & urinæ, cui fuccurrimus, ægram  
 „ ponendo in balneo aquæ dulcis, vel  
 „ in aqua decoct. viol. althææ, cha-  
 „ mæmeli, fœnu gr. feminis lini, cum  
 „ ventrem leniat, vias elarget, & do-  
 „ lorem fedet „. FORESTUS vero  
 difficulter puerperis balnea adminiftrari  
 ait; eorumque loco cataplafmata emol-

(f) l. c. p. 48.

(g) l. c.

(h) Collect. Tr. 3. S. 3. C. 10.

(i) l. c. Sch. ad Obf. 42.

lencia applicari svadet, quæ cum fru-  
 ctu interdum in puerperarum ischuria ab  
 se in usum vocata meminit. Profuic  
 sane balneum tepidum puerperæ ALI-  
 XII (k) tantopere, ut & lochia revo-  
 caverit, & inflammationem minuerit.  
 Imo vero P. J. HOCTIN (l) tantum  
 tribuit semicupiis tepidis mox principio  
 morbi adhibitis, ut illa cunctis aliis  
 præferat remediis: „ princepsigitur re-  
 „ medium (inquiens) in solis balneis  
 „ tepidis laxantibus & emollientibus  
 „ quærendum; nihil enim relaxat ma-  
 „ gis fibras rigidas ac coustrictas, nihil  
 „ potentius solvit spasmos, nihil me-  
 „ lius humores dividit, nihil citius &  
 „ perfectius inflammatorios extingvit  
 „ ignes, nihil porro absque illis cete-  
 „ ræ inflammationis medendi methodi.  
 „ . . Affirmat supra laudatus LOUVER-  
 „ JAT omnes puerperas supra dicta  
 „ Auctorum cura tractatas uteri inflam-  
 „ matione & gangræna fuisse enecatas;  
 „ nostræ vero omnes salvæ fuerunt di-  
 „ ctis (balneis). His patet, balnea  
 „ profus ad curam nostri morbi essen-  
 „ tialia esse. Ægrotam puerperam Pa-

---

(k) Vide curat. pharm. No 1.

(l) l. c. Sect. 3. p. 13. sqq.

„ risis visitavi, quæ uteri inflammatione vitam cum morte commutavit :  
 „ diluentibus & motum circulatorium  
 „ minuentibus strenue usa fuerat ad ul-  
 „ timum usque momentum ; balnea au-  
 „ tem nostra non fuerunt adhibita pro-  
 „ pter miseræ hujus indigentiam ; res  
 „ enim erant parvæ domi „ Interea  
 tamen tantum abest, ut J. ASTRUC (m)  
 multum his balneis tribuat, ut ea mul-  
 to potius profus rejiciat : „ clinici non-  
 „ nulli, ait ille, quandoque docuerunt  
 „ in uteri inflammatione subsequens bal-  
 „ neum valde prodesse, quod latine *in-*  
 „ *sessus* sonat, pro filiabus præsertim,  
 „ quibus neque injectiones intromitte-  
 „ re, neque pessaria apponere facile  
 „ est, illud paratur ex decoctione e-  
 „ mollienti & anodyna, qualis pro fo-  
 „ mentis adhibetur ; at hujusmodi pra-  
 „ xis inconcinna experta est : nam vel  
 „ hujusmodi decoctio magis frigescit,  
 „ quam madida pars, & tunc remedium  
 „ eosdem nocuos effectus afferet, quam  
 „ topica frigida applicita, vel calefcit  
 „ valde, & tunc augebitur inflamma-  
 „ tio ad humectatam partem sanguinem

---

(m) l. c. p. m. 130. sq.



„ trahendo, ut in pediluviiis aut pedum  
 „ venæ sectionibus evenire compertum  
 „ est „. Verum quantopere Ill. Gallus  
 hic hallucinatus sit, facile quisque intel-  
 ligit; eodem enim jure arguendique  
 ratione & injectiones uterinæ & fetus  
 aqvosi essent repudiandi, cum tamen  
 ille utrumque magnopere commendet.  
 Unde non immerito acriter castigatur a  
 gentili suo P. A. MARTEAU (n), quod  
 non meminerit, gradum caloris his bal-  
 neis thermometri ope eundem, qui cor-  
 poris nostri est, facillime conciliari pos-  
 se; videreque ibi (o) est, quanto cum  
 successu calida id genus semicupia in  
 Gallia usurpentur.

## B. P H A R M A C E U T I C A.

I. *Cathartica* tametsi scopo humo-  
 res a loco affecto avertendi, alvumque  
 seu obstructam referandi seu fluxum a  
 sordida humorum colluvie ad intestina  
 confluentem, ut hæc celerius ejiciatur,  
 promovendi, &c. indicari videantur,

---

(n) Abhandl. über die Bäder 2. Th. 1. Art. §.  
 33. p. 122. sqq.

(o) Ibidem §. 31. sq. p. 120. sq.

tantique in superiorum partium inflammationibus minuendis usus sint ; hic tamen, saltem in statu morbi, ab nemine, quod sciam, commendantur, quoad usque morbus remittere non cœperit : imo experientia propria MAURICEAU (p) edoctus fuit, noxia esse. Facile enim patet, uterum vehementer inflammatum crebris alvum egerendi nixibus ab intestinis vi præli abdominalis deorsum compulsis comprimi sæpenumero debere, id quod malum evidenter exasperaret. Solis ergo tum enematibus est insistendum. Ast in declinatione morbi utiliter omnino exhibentur. „

„ A Væ Se, inquit P. FORESTUS „ (q), si eadem inflammatio cum erysipelate præsertim participet, ubi „ quodammodo mitior fuerit reddita „ (non autem circa initia) levi quada „ dam purgatione uti convenit, etiam „ pro derivatione facienda, ut cassia „ fistula, manna „ &c. id quod etiam binis suis in ægris (r) auspiciato suscipit faciendum. In eandem quoque sen-

(p) Cent. 4. Obs. 325.

(q) l. c. Schol. ad Obs. 43.

(r) Ibidem Obs. 41. 42.

tentiam commentatur J. ASTRUC (s). Cavendum autem studiosissime etiam cum est ab omnibus acrioribus, nec nisi blandissima eccoprotica sunt præbenda, ne funesta morbi recidiva, aut alius visceris inflammatio subsequatur, id quod M. F. ALIX (t) observavit evenisse puerperæ, cui post laboriosum partum a spirituosus potibus 4<sup>o</sup> puerperii die hysteritide cum lochiorum suppressione prehensæ post Væ Sem sub severa diæta, seriqve lactis, & emulsi e 4 sem. frig. cum syr. nenupharis confecti, potu, injecto simul 6<sup>a</sup> quavis hora emolliente enemate, fotoqve ope vesicæ ∇<sup>a</sup> tepida plenæ abdomine, tandemqve & balneo tepido adhibito, febris desit, dolor tumorqve abdominis remisit, ac lochia redibant, ita ut 7<sup>o</sup> die plus aliquid alimenti concederetur ægrotæ, die 9<sup>o</sup> catharticum sumpturæ, nili feminarum unam libido incessisset Medici præscriptionem prævenire: isthæc enim die 8<sup>o</sup> præbet convalescenti dosin ♂<sup>is</sup> AILHAUD, & cum ab hac non satis mota videretur,

(s) l. c. p. m. 178.

(t) Observ. chirurg. fascic. 3. obs. 22. p. 113. sqq.

alteram quoque, tum 3<sup>am</sup> & 4<sup>am</sup> porrigit, eo cum effectu, ut gastritis enteritisque letalis inde orta sit. Postero die ante lucem accitus ALIX reperit frequentia symptomata: ardebat cutis, venter tumidus parte superiore dolebat, aderat sitis non sedanda, vomitus, diarrhœa continua lancinans, lingua ardebat spurca, nigra erant labia, oculi turbidi cavi, vox hærens, facies mortualis, spiratio difficilis, pulsus parvus intermittens, accessere motus convulsi, &c. lochiis nihilominus aliquatenus fluentibus. Frustra variis tentatis infelix puerpera 3<sup>o</sup> a ðbus sumptis die post dejectiones vomitusque ichorosos, accedente delirio, frigescentibus extremis, pulsuque fugiente, inter horrendas anxietates exspiravit. In cadavere venter lividus turgebat, ventriculus & intestina erant inflammata, hic illicque nigra, aere distenta, utero nihil insoliti præter magnitudinem exhibente.

2. *Antiphlogistica* in primis præbenda esse, nemo est, qui ignoret, scil. diluentia, attenuantia, nitrosa, resolventia, ac putredini, ob lochia suppressa, uterique vulnus, resistentia (u), & ad

---

(u) HOFFMANN. l. c. curat. §. 5.

tensionem laxandam, doloremque leniendum, interdum oleosa, ut emulsa vel olea pressa blanda. Sic HIPPOCRATES (x) „ si uteri (inquit) inflammatione laborarint, umbilici Veneris folia & porrum cum triticea farina crassius molita, oleo affuso decocta edenda dato „ Simplicissimus sæpe potus decocti cujuspiam emollientis aut feri lactis justo sub regimine observato hysteritides leviores discutit. Ita apud F. MAURICEAU (y) mulieri 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>ve, mense graviditatis abortienti cum quædam adhuc reliquæ intra uterum morarentur, eas imperitus chirurgus exempturus manum sæpius, nec sine rudi vi, indidit, simulque medici eandem ob causam & sanguinem e femore dempserunt, & intempestive, vigente nempe adhuc uteri fluxu, cathartica præbuerunt; cumque etiam quotidie sat acria enemata, & insuper pellentia alia interna administrassent, feminæ uterus inflammari coepit cum insigni dolore atque abdominis inflatione: unde aliquoties convulsiones consecutæ sunt.

---

(x) De natur. muliebri No 250. p. 10. 532.

(y) L. c. Obi. 359.

Elapsis 3 hebdomadis exclusit ægra de-  
nuo massulam juglandis magnitudine,  
haud dum ullatenus corruptam. Acci-  
tus Auctor vetitis hætenus administratis  
remediis, imperatoque tum in potum  
tum etiam pro enematibus solo deco-  
cto emolliente aut sero lactis aut aqua  
solummodo tepida, cetera naturæ suen-  
da esse monuit. Atque ita mulier haud  
ita multo post sanitati est reddita.

3. *Paregorica*, si debite vacuato cor-  
pore, aliisque ex arte factis nullo ta-  
men comate præsentē, ut monet A-  
STRUC (z), dolor nihil remittat, uti  
in ceteris acute dolentibus, ita & hic  
danda esse svalet G. FORDYCE (a).  
Opium prudenter tunc datum non solum  
dolores lenit, sed etiam vi sua aristolo-  
chica lochia promovet; imò danda

4. *Aristolochica*. Lochiorum suppres-  
sionem in hysteritide aut causam morbi  
esse, aut effectum, superius (b) dictum  
fuit: utrumque tolli indicatio jubet; &  
lochiorum fluxu hysteritidem solvi per-

( z ) l. c. p. m. 179.

( a ) l. c. p. 117.

( b ) Vide caus. procat. No 3. & prognos. No  
2. d.)

inde vidimus (c). Cum ergo tantum interſit, hanc vacuationem rite procedere, ſi ea in hſteritide ſubſiſtat, necellum eſt adhibere remedia illam provocantia, quæ arilſtoloſſica audiunt. Sed eadem hic, quæ in uſu catharticoꝝ, cautione opus eſt, ſcil. ne prius, quam malum remiſerit, præbeantur, nec poſtea etiam, niſi leniſſima & antiſphlogiſtica indole prædita ſimul, uſurpentur; ſecus in priore caſu augebunt morbum, in altero cedentem revocabunt. „ Ad emovendum lochiorum fluxum ſubſiſtentem, inquit HOFFMANNUS (d), nunquam danda pellentia fortiora, crocata, myrrhata, ſuccinata, aloetica, vel calida aromatica, nec non ſalina ſtimulantia, tanto minus, ſi mox poſt partum adhuc præſto eſt motuum impetus: hæc enim febrem magis accendunt, ſpasmus intendunt, ſanguinem in latibulis uteri hærentem humido abſumpto plus denſant, & ad effluxum reddunt ineptum, vias quoque & emunctoria magis ſiccant at-

(c) Vide prognof. No 3. c).

(d) l. c. cautel. §. 3.

„ qvæ occludunt. Sed quando spas-  
 „ mus levare, dolores remittere, viæ  
 „ patefcere incipiunt; & fanguis ex u-  
 „ tero ferri, tum demum moderate  
 „ pellentia & tonica propinare expe-  
 „ dit, inter quæ folutio succini, myr-  
 „ rhæ, rhabarbari, croci, non cum  $\nabla^s$ ,  
 „ fed aqveo lixiviofo menftruo parata,  
 „ nec non  $\nabla^a$  meliffæ, aut artemiffæ  
 „ leviter fpirituofa, qvælis eft, quæ  
 „ cum cereviffa triticea deftillatur, o-  
 „ mnibus fere palmam præripiunt, fi  
 „ crebris & parcis dofibus offerantur „.  
 Dicta hæc binis confirmat exemplis. Pri-  
 mum (e): „ femina acutioris fensus,  
 „ macilenta ac tenera, 28 annos na-  
 „ ta, pathematibus hypochondriaco-  
 „ hysteris obnoxia, & aliquoties ab-  
 „ ortum paffa, pepererat noviffime fi-  
 „ liolum laboriofo admodum ad 3 dies  
 „ extracto partu, poft quem nec fecun-  
 „ dina eliminata, nec lochia evacuata.  
 „ Secuti hinc dolores abdominis totius,  
 „ præfertim finiftri lateris, cum febre,  
 „ vomitu, dyfpnœa, inquietudine &  
 „ cardialgia. Ego in confilium vo-  
 „ catus 3<sup>o</sup> poft partum die fecari juffi  
 „ venam pedis ad uncias minimum quinq-

---

(e) l. c. Obf. 6.



„ qve, & injicere enema ex sola ∇<sup>a</sup>  
 „ pluviali tepida cum una drachma pi-  
 „ lul. BECHER. mellis cochleari, adje-  
 „ ctis duabus olei chamomillæ cocti un-  
 „ ciis, & dimidia salis Ebshamenfis.  
 „ Sic alvus bis subducta, & cardialgici  
 „ dolores cum vomitu depulsi. Ad æ-  
 „ stum autem exstingvendum ⚡<sup>es</sup> nitro-  
 „ si dati, & ad mulcendos dolores sper-  
 „ ma ceti cum extracto croci in juscu-  
 „ lo avenaceo: 7<sup>o</sup> die cum æstus defer-  
 „ vesceret, lochiale fluxum per usum  
 „ pilul. nostrar. balsam. item sale aperi-  
 „ tivo ex lap. 69, terr. fol. ☐, sale po-  
 „ lychresto, nec non infuso theiformi  
 „ ex melissa, pulegio, florib. cheiri,  
 „ calendulæ & chamomillæ promovere  
 „ studui. Quibus male olens sangvi-  
 „ nolentus humor e putrefacta secundi-  
 „ na, quin integra hujus frustula ex-  
 „ creta, & ægra præter omnium spem  
 „ intra 3 hebdomades sensim sanitati  
 „ reddita. Quinta demum puerperii  
 „ hebdomade infusum laxativum robo-  
 „ rans uterinum . . . ad aliquot di-  
 „ es bibendum obtulimus „. Alte-  
 „ rum (f) exemplum fuit in primipara  
 „ 22 annor. cui altero mox a Væ Se die  
 „ partu levatæ ob lochia parciora graves

---

(f) Ibidem Observ. 5.

abdominis, dorſi, & ingvinum dolores  
 oborti, die 5<sup>o</sup> acceſſit vehemens febris  
 cum anxietate, inquietudine, inſomni-  
 is, & per vices deliriis. Cum Væ Sem  
 non admitteret, ob alvum adſtrictam  
 injectum eſt enema emolliens e decocto  
 avenaceo cum fl. chamom. vulg. herba  
 & fl. hormini, oleo chamom. cocto, &  
 nitro. Dein quotidie bis terve data  
 cum jure doſis ꝑ hujus:

℞. Solutionis ocul. 6ʒ

Sal. polychr.

Nitr. puri

Lap. 6ʒ aa ʒj. M. divid. in  
 doſes xij.

Circa noctem dabantur pilulæ 20 ſe-  
 quentes:

℞. Pilul. marocoftinar. ʒj.

Extracti Rhei ʒj.

— — Croci

— — Caſtorei aa gr. vj. M. F.

pil. No 20 ex ʒj. His per 5 dies uſurpa-  
 tis alvus ſoluta quotidie aliquoties, &  
 die 9<sup>o</sup> fluxus humoris ſanguinolenti pu-  
 tridi ex utero aductus, & ægra ſen-  
 ſim convaluit. Atque e binis his caſi-  
 bus pulchre elucet, quam utiliter ari-  
 ſtoloſchica cum catharticis juncta hic  
 exhibeantur. Inter omnia tamen ari-  
 ſtoloſchica optime ſe hic gerit camphora,

ut quæ simul inflammationem potentissime discutiat, quam in rem luculentum casum præbet I. P. WOLFF (g) de femina 38 annor. quæ post ultimum partum ob placentam violentius & non ex integro ablatam, lochiis profuse euntibus, cum quævis 90 die residuum placentæ prodiit, incidit in hysteritidem, aliquamdiu neglectam, usque dum 130 die a partu periculum imminere videretur. Etenim præter ardentem uteri dolorem ac foetidissima lochia aderat horror cum æstu alternans, sitis vix sedanda, anorexia, pulsus celer & perquam debilis, vires prostratæ, somnolentia cum insomniis, facies lurida, frigusque totius externi corporis. Datis itaque jusculis gelatinosis, vertici pulvisque epithema nervinum usum admotum, & interne MR<sup>a</sup> antiphlogistica leniterque cardiaca data. Quæ cum nihil estatu dignum præstitissent, & ægra se erigens vertiginem & caliginem pateretur, præscriptum est

R. Essent. Succini ʒij.

Elix. Camphoræ ʒj. M.

sumat mane, meridie, tum hora 4<sup>a</sup> & 9<sup>a</sup> vespertina gtt. xv in decocto sequenti:

(g) Commerc. Nor. T. 10. A. 1740. hebd. 40. p. 313. sq.

R. Pomum Citri recens in taleo-  
los sectum,

Rad. Scorzon.

Liqvir. aa. ℥℞.

Rasur. C. C. ℥jj. coq. in

∇æ font. mensur. jj. D. pro

potu ordinario. Ab usu elix. camphoræ calor corpori continuo redibat, pulsus fiebat valentior, sudor largus erupit, lumbrici aliquot ano excreti sunt, appetentia in dies augebatur, & ægra 19<sup>o</sup> a partu die convaluit, vbi sub finem leniter per epicrasin expurgata est. Compositio elixir camphoræ variis est varia (b).

5. *Antiseptica* denique, si gangræna imminens metuitur, atque ante omnia cortex Peruvianus, cujus hic virtutem admirabilem expertus est C. R. HANNES (i) in puerpera, cui obstetrix placentam non sine vi nec integram, ut hujus admodum læsæ lustratio congruensque obstetricis narratio innuebant, evulserat. Male inde mulier habere cœpit, & alienis insuper usurpatis remediis eo res adducta est, ut ægra prope deplorata videretur, pulsu jam facto debili, ventre perquam inflato,

(b) Ibidem hebd. 2. No. 2. (a).

(i) l. c. p. 49. 67.

simulque minus jam, quam ante, dolente, sudoribus item frigidis sæpe erumpentibus, horroreque & calore alternantibus, quæ malis crebra intercurrentibus deliria. Quo in statu cum unus cortex opitulaturus videretur, decocto ejus vinoso calido venter crebro fovendus imperatus, aquosum vero ubertim potui datum, uteroque injectum. Quo factum est, ut vix præterlapso nyctemero pars placentæ in utero restitans excreta fuerit, lochia foetidissima fluere ceperint uberrime, venterque mollitus collaberetur, ac insurgente pulsu omnia sanitatis reversuræ indicia sese præberent. Et vero intra 3 hebdomades mulier citra miliarium, quæ metuebantur, eruptionem pristinam recuperavit valetudinem.

### C. D I A E T E T I C A.

I. *Aer* conclavis ac lecti, ubi puerpera versatur, maximam sui rationem exposcit habendam: ut qui purus ac proinde sæpius renovatus esse debeat, alioquin facile febrim putridam arcessiturus; neque etiam æstuosus esto, ne miliaria aliaque gravia mala inducat, neque frigidus, a quo perspiratio puerperis maxime salubris lochiorumque flu-

xus interturbari citissime observatur: hinc repentinum frigus ne admittatur, sedulo omnes inculcant (k).

2. *Alimenta* haud alia, quam quæ in vulneratis præberi solent, isthic locum habent (l).

3. *Pathemata animi*, terror præprimis ac ira vitentur; hæc febres accendit suis cum sequelis, ille ocyus lochia sistit, nervosumque systema puerperis hysteriarum instar perquam irritabile, admodum perturbat, &c.

4. *Quies corporis supini.* „ Valde necessarium videtur, ait J. ASTRUC (m), „ ut ægræ continenter lectulo detineantur supra dorsum quiescentes, & divaricatis cruribus, non nihil genibus inflexis pulviorum etiam auxilio, „ ut in hoc statu uterus persistat magis idoneo: optimum tunc erit consilium culcitrâs crinibus repletas potius quam lanugine ipsis subtus ponere, verum tum corium *marrocchino* dictum, quod crebro mutare oportebit, ne renes nimis incalescant.

(k) KIESLING l. c. §. 8.

(l) ASTRUC l. c. p. m. 130.

(m) Ibidem p. m. 177.

---



---

# SYLLABUS AUCTORUM.

---



---

Aët. nat. cur. 46.	Commerc. Nor. 92.
56.	107. 108.
Aët. Par. chirurg. 84.	Cornax 70.
Ægineta 2. 15. 30.	Fischer 17.
31.	Fordyce 41. 102.
Aëtius 74. 94.	Forestus 3. 12. 16.
Albucasis 70.	38. 39. 45. 77.
Alix 99.	78. 84. 85. 90.
Annales Vratisl. 17.	94. 98.
67. 89,	Fuchs 56. 58. 87.
Astruc 31. 71. 75.	91. 92.
84. 85. 86. 90. 96.	Galenus 45. 76.
99. 102. 110.	Goubelli 17.
Bajon 14.	Haller 15. 27.
Bamps 59.	Haunes 39. 94. 108.
Bertrutius 94.	Heer 50.
Bœhmer 5.	Hippocrates 1. 27.
Bœrhaave 15. 45.	28. 29. 37. 39.
Bose 72.	43. 46. 55. 84.
Brendel 59.	85. 101.
Büttner 22. 23. 34.	Hofsin 4. 17. 59. 95.

Hoffmannus 1. 2. 3.	Morgagnius 24.
49. 73. 74. 76.	Platner 73.
77. 81. 83. 84.	Raulin 26.
85. 88. 100. 103.	Rayger 67.
104. 105.	Recolin 84.
Jacquerez 61.	Ræderer 61.
Juncker 71.	Roffetus 70.
Kiesling 27. 35. 45.	Roux 14.
110.	Sandifort 18. 84.
Klinkofsch 5. 12.	Schnorr 72.
Kupitz 51.	Select. med. Fran-
Liefmann 67.	cof. 51.
Lœseke 72.	Serinius 61.
Louverjat 18.	Storch 40. 54.
Manningham 75.	Swieten 45. 56. 70.
Marteau 97.	74. 76. 85.
Mauriceau 5. 12. 13.	Trnka 5.
21. 44. 60. 75.	Vallisnerius 46.
78. 79. 80. 98.	Varandæus 35.
101.	Werlhof 92.
Mercatus 35.	Wolffius 107.
Misc.nat. cur. 59. 67.	Zacutus 80.



OBSERVATIONES  
NONNULLÆ  
CHIRURGICÆ  
DE  
TINEA CAPITIS  
SPIRITU SALIS ACIDO,  
ET  
ANNOSIS ULCERIBUS  
USU SYRUPÏ FUMARIÆ CUM NI-  
TRO ET CAMPHORA, DUCTU  
CL. PROF. PLENCKII IN NO-  
SOCOMIO BUDENSI PER-  
CURATIS.

---



---

 D E T I N E A.
 

---

## C A S U S I.

**I**GNATIUS PFAFF, 11 annorum, 30 Decemb. 1778 venit in Nosocomium, a 2<sup>bus</sup> jam annis scabie laborans exigua, tandem ob impurum vitæ regimen in Tineam versa: hinc accepit lavamentum ex

℞. Spec. Emol. ℥ij

Rad. Helleb. alb. ℥j. M. d. usui.

Die 4 Januar. 1779 accepit bis de die pil. unam ex ꝑ gummoso constantem, simul pro potu decoct. purificans.

Die 14 continuat dicta, sumitque omni octavo vel nono die purgans ex

℞. ꝑ Jalappæ

Sal. polychr. aa. gr. x. & pil. jam No 2., his usus usque primam Martii: crustæ deciderunt, caput pulchrius prospicit. Verum correptus febre acuta continua: quapropter a medicamentis cessandum fuit, ac tandem 25<sup>a</sup> Martii a febre liberatus utitur prius dictis.

Die 11 Aprilis caput ex integro sanatum apparet: desistit a medicamentis,

hicque pro servitio infirmorum asservatur. Verum

Die 22 Aprilis novæ crustæ natæ sunt: quam ob rem illico lavamentum, & penes Ung. ex

℞. Ung. Junip. ℥iv

Camph. ℥iss

⊕ Helleb. albi ℥iv. M. D. usui, ordinatur.

Die 10 Maji correptus feбри biliosa: unde 20<sup>a</sup> Maji liberato caput sat pulchre prospexit.

Die 27 Maji itidem novæ crustæ proruperunt: hinc ipsi ung. seqvens usui datum est

℞. Ung. althææ ℥ij

Merc. præc. rub. ℥j. M. D.

Die 8 Junii capite integro sanato ex Nosocomio discessit.

Ast infelici eventu, nam vix per aliquot dies extra Nosocomium vagando tempus peregit, jam novæ apparebant crustæ, ac tandem ab impuro vitæ regimine, (vel ab ipsa hæreditaria labe, ut videtur, cum & ipsius soror eodem Morbo laboraverat, ut seqvens casus docebit, & ut meminit, ipsorum Patrens quoque scabie laboravit) die 15 Novembr. 1779 ad Nosocomium cum crustis duris, siccis, viridescentibus,

integram Capitis partem capillatam obſidentibus rediit: cui illico lavamentum ex decocto Spec. emollient. & Rad. Helleb. albi, atqve purgans ex Jalappa & Cremore □ ordinatum eſt.

Die 18 Novembr idem lavamentum & decoct. purificans uſui datum eſt.

Die 25 Novembr. ad ꝑj lavamenti adduntur gr. ij ꝑ ſubl.orros. qvo die tim bis caput lavat.

Die 15 Januar. 1780 continuat idem lavamentum, cui jam gr. jv ꝑ adduntur, penes decoctum dictum, & pil. mane & vesp̄eri No 3 ex ꝑ gummoſo, interpoſito pulvere purgante. Ad horum uſum cruſtæ quidem deciderunt, ſed ulcuſcula parva remanſerunt, aſt omiſſo unica ſolummodo die lavamento cruſtæ illico regenerabantur: hinc hæc omnia ferme ſine levamine uſqve 24 Januarii continuavit.

Die 24 Januarii ad ꝑj dicti lavamenti ꝑj Ung. Ægyptiaci additur, penes continuando pil. decoctumqve uſqve 11 Februarii ſine levamine.

Die 11 Februarii ordinatur lavamentum ex ∇ calcis ꝑj. cui Extract. Saturni ꝑꝑ inſtillatur, penes Ung. lithargyrii pro inunctione, cum decocto & pil. continuat uſqve 8 Martii abſqve levamine,

Die 8 Martii incipit usurpare lavamentum ex Fol. falicis; ast etsi hoc lavamentum continuo usui adhibebatur cum reliquis usque 15 April. nullum tamen inde seqvebatur levamen: hinc

Die 15 April. accipit lavamentum ex decocto Aristoloch. rotund. ꝯ gummosus omissus, eius loco sumpsit succum cochleariæ dracæ cochleatim, sub usu hujus succi urinæ magna copia excernebantur, sæpius vomuit, & pustulæ prurientes augebantur: hinc

Die 26 April. acqvirit lavamentum ex flor. Chamomillæ & cineribus fagi in vino rubro coctum, quo dietim bis lavatur, interne nihil sumit, præterquam quod omni circiter 15 die ipsi purgans porrigitur, & penes lavamentum inungitur pice. His continuatis usque 12 Octobris 1780 exiguum vel ita dicendo nullum seqvebatur levamen.

Die 12 Octobris ordinatur pro inunctione Ungv. Althææ ℥iij. spiritus salis marini ℥j. Hocce Ung. dum uti incepisset, lenes quosdam dolores sensit.

Die 23 ad Ungv. Althææ ℥iij ad duntur spiritus salis acidi ℥iij. Nullos amplius ad hujus Ung. usum sensit dolores, crustæ separantur, iundus pulchre rubet.

Die 30 Octobris ad ℥iij Ungv. Althææ additur spiritus salis acidi ℥ss, & simul lavatur cum decocto spec. Emollient. & Helleboro albo, sicque dum his usus fuisset, caput pulchre sanari incepit.

Die 20 Novembr. continuat lavamentum & ad Ung. Althææ ℥iij. spiritus salis acidi ℥j additur: caput jam pulchre sanatum apparet, nec amplius capilli abraduntur, & sat crassie crescunt.

Die 25 Decembris ad ℥iij dicti Ung. spiritus salis marini ℥j & ℥ij adduntur: talique dosi confecto Unguento cura continuatur usque 8 Januarii 1781, & caput ex integro sanatum fuit.

Die 8 Januarii 1781 tum lavamentum, tum unguentum omissum est, capillique pulchre crescunt, nec indicia novæ fortassis prorupturæ crustæ adsunt, At die 8 Martii corripitur febre biliosa; unde die 15 liberatus, tandem denuo die 19 recidivam passus, durantem usque 29 Martii; tum brevi post a nimia voracitate die 9 Aprilis tertiana correptus febre, cujus tertius paroxysmus cum ingenti vomitu tribus diebus durante invalit, ac tandem remanente summa debilitate die 26 Aprilis perfectæ sanitati restitutus. Cum vero his in infirmitatibus caput munde servari non potuerat,

finita infirmitate pustulæ cum crustis exiguis aliquæ in parte capillata apparebant, hinc pro tutiori eventu denuo

Die 30 Aprilis lavam. & ungv. præcedens usui datum est: cujus usu brevi pustulæ abs capillorum abrasione ex integro sanatæ sunt.

A die 14 Maji caput ex integro sanatum est: capilli continuo vehementer crescunt; sæpe tamen ad recidivam impediendam dicto lavamento & ungv. utebatur, non intermissa quotidiana purgatione capitis usque 29 Junii, ac tandem omissis dictis vices Infirmarii (cum ad id aptus fuerit) egit usque 15 Septembris: causâ vero, quod tamdiu in aere nostro nosocomiali servabatur, fuerat, ut videre possimus, an non denuo malum recrudescat.

Die 15 Septemb. jussu & consilio quorundam pro tyrone e nosocomio discessit; ast post aliquot dies cum feбри ad nosocomium rediit: unde brevi curstus denuo abiit, nullumque vitium in capite observatur actu. Hinc patet, quantum nobis effectum præstiterit hocce remedium in malo ad multa tentata aliarebelli.

## C A S U S II.

ANNA MARIA PFAFF, annorum 8  
 soror præcedentis IGNATII PFAFF  
 venit in Nosocomium die 3 Decembris  
 anni 1778. Ante duos annos, ut fatetur,  
 febre intermittente laboravit, cessante  
 febre pustulæ prurientes in capitis parte  
 capillata prodierunt, quæ ob immunditi-  
 em, cum Parentibus privata fuerat,  
 accepit purgans lavamentum ex deco-  
 cto Spec. Emoll. cum Rad. Hellebóri al-  
 bi, & Ungv. ex

R. Ungv. Alth. ʒij.

Sal. ammon. depur. ʒjʒ.

ʒ Helleb. albi ʒij. M. D. usui.

His nil proficientibus omnia illa ordine  
 supra dicto tentata sunt, ut Historia  
 Fratris docet, usque 12 Octobris 1780  
 sine ullo effectu.

Die 12 Octobris 1780 accepit penes  
 lavamentum conitans ex decoct. spec.  
 Emoll. & Rad. Helleb. albi, Ung. ex  
 Ungv. Althææ & spiritus falis acidi sub  
 tali forma, ut casus præcedens habet. Do-  
 sis spiritus falis semper augebatur, sicque  
 die 8 Januar. 1781 caput ex integro sa-  
 natum fuit. Verum 1 Febr. feбри bilio-  
 sa correpta est: unde 24 liberatæ malum a-  
 liquantum recrudit. Quapropter denuo  
 continuando dictum lavamentum & un-



gventum brevi evasit, & jam die 5 Apr. capilli non amplius deradebantur, caputque ex integro sanatum fuit. Tutiores tamen ut simus & recidivam prævertamus, sæpius dictis utebamur, quæ actu sana in Nosocomio servitia aliqua præstat, etsi 25 Junii 1781 feбри correpta fuit, unde 2 Julii liberata; caput attamen sanum permanit, & actu in Nosocomio se detinet: nuper aliquæ pustulæ observabantur, ut fieri ferme solet post curam hujus mali, quæ citissime ungu. adhibito cesserunt.

### C A S U S III.

F. M. puella annorum 12 die 1 Octobris 1780 defertur a matre in Nosocomium, visitata exhibuit condylomata circa genitalia & annum, accepit solutionem constantem ex

R. ♀ subl. corr.

Alum. crud. aa. ʒss.

Camphoræ, Cerussæ aa. ʒss.

Aceti destill. ℥ rect. aa. Q. S.

quo dietim bis illinitur, ac tandem Ung. Neapoli. pars tegitur; interne Mercurium guminosum, decoctum purificans, interposito purgante (tali methodo multæ condylomatibus infectæ in Nosocomio nostro practico curatæ sunt) sumplit.

Die 11 Octobris detecta tinea capitis illico supra dictum Ung. & Lavamentum accepit, hisque usa usque diem 18 Februarii 1781 sana discessit, ab usu vero ꝑ ii jam 18 Januarii cessavit. Vidi illam mense Augusto 1781 penes Nosocomium transeuntem, verum nec minimum quid in capite apparuit.

#### C A S U S IV.

SUSANNA TALPAS, annorum 37 die 26 Junii 1781 venit in Nosocomium cum cataracta utriusque oculi, ac tandem die 28 operata per depressionem die 12 Julii revelavit se jam 18 annis tinea capitis laborare, caput visitatum ingenti crusta viridescente tectum deprehensum fuit: hinc supradictum lavamentum & ung. sæpius interposito purgante usui datum est, sicque continuando usque 9 Augusti caput ex integro sanatum sine ullo vestigio tineæ apparente.

Die 16 Augusti domum petiit, quapropter ut petitioni satisfiat, species pro lavamento, & unguentum pro tutiori eventu propinatur.

---

---



---

**DE ULCERIBUS.**


---



---

**CASUS I.**

**E**LISABETHA GROSS, femina 23 annos nata habitus cachectici, venerat in Nosocomium 20 Nov. 1777 cum ulcere circiter 4 pollices longo & lato pone tendinem Achillis: gesserat hoc ulcus (quod a vesicula nigra initium sumpsit, quæ dein magis & magis serpebat) per annum integrum. A duobus mensibus jam menstrua evacuatio erat suppressa, accepit 21 purgans; syrupum autem nitro camphoratum (constantem ex syrupo fumaricæ nitro & camphora) incepit 22 sumere dosi cochlearium ij. bis de die cum decocto Bardanæ: externe ad ulcus aqua Phagadenica usurpabatur; 27 foetor jam aberat: sicque continuando methodum, cui omni octavo vel decimo die jungebatur purgans ex Jalappa & cremore tartari, die 26 Aprilis 1778 sana discessit.

**CASUS II.**

**A**NNA MARIA MAJER, Vidua & mendica ann. 77. habens ulcera cruris iq.

veterata, venerat in Nosocomium 2 Decembris 1777. Ulcera deligabantur aqua Phagadenica, interne autem licet nihil adhibuerimus (cum senectus ipsa sit morbus, & febris vires pene omnes eliserit) die tamen 29 ex integro restituta (excepta virium imbecillitate) abiit.

### C A S U S III.

ELISABETHA EKENBERGER, venerat in Nosocomium die 27 Januarii 1778 cum ulcere inveterato cruris & induratione mammæ sinistræ, ad ulcus applicabatur aqua Phagadenica, ad scirrhum lacteum autem applicabatur fomentum ex speciebus emollientibus cum sapone veneto, de die, de nocte autem emplastrum cicutæ cum copiosa camphora, interne utebatur syrupo nitro camphorato & decocto Bardanæ: ad hæc quotidie emendabantur symptomata, & 6 Aprilis curata discessit.

Hacce nostra methodo nempe syrupo nostro sic dicto camphorato, decocto purificante, interposito purgante, & aqua Phagadenica externe adhibita, ulcera quam plurima inveterata curata sunt, curatorum omnium historiam adferrem ni rem inanem certo scirem: missis hinc

reliquis sequentes solummodo adjiciam jam recensitis.

#### C A S U S IV.

HENRICUS PAUMAN, annor. 26 die 24 Martii 1778 intravit Nosocomium cum ulcere inveterato cruris, ante jam duos annos cum eodem ulcere jacens medelis uescio quibus curatus fuit, verum paulo post in eodem loco ulcus a maculis initium sumens regeneratum ampliabatur continuo, curam nostram consuetam, dum adhibuissimus restituendum suis brevi spes erat, ni morbus Nosocomii obtitisset. Ulcere enim jamjam perfecte sanato correptus eodem Nosocomii Morbo (ut fieri solet) die 7 Augusti obiit.

#### C A S U S V.

STEPHANUS CSERNI, annum agens 23 venit in Nosocomium anno 1778 die 8 Aprilis cum ulcere inveterato cruris, quod ulcus jam ab uno anno continuo serpendo augebatur ita tum ad latitudinem tum ad longitudinem, ut tres pollices æqvaret: methodo nostra usque ad 2 Julii bono cum effectu tractabatur; verum cum cura nobis diuturna videretur, insersionem camphoræ

eum sacharo, applicando insuper aquam ophthalmicam, suscepimus. Hæc dum nullum effectum præstare videbamus, ad aquæ Plagadenicæ usum confugimus, quæ continuata die 5 Octobris 1778 sanum discedere fecit. Visi postmodum a me Decembris ( si bene memini ) anni 1780 in thermis hujatibus crus dum examinasssem, an non novi ulceris indicia appareant, adeo sana omnia deprehendi, ut ne cutem cæruleam quidem ( quæ tamen post talia ulcera observari solet ) observaverim. Undè liceat mihi concludere curam nostram non esse palliativam ad tempus.

### C A S U S VI.

GEORGIUS STISKAL viator annorum 18 venit in Nosocomium die 25 Julii 1778 cum ulceribus inveteratis crurum. Is ante medium annum tumorem erysipelatosum habens, domesticis jvantibus se liberavit. Post aliquot septimanas pustulæ prurientes se manifestarunt, quæ ab immunditie & perpetuis irritationibus in ulcus demigrarunt. Hoc factò in dextro crure nil quidquam observabatur; verum nocturno tempore crus dextrum vulnere non deligato applicans, ut ipse fa-

tetur, forsitan a pure absorpto, ulcus tres pollices æquans natum est. Usus nostris, die 20 Augusti sanus discessit, qui actu vetero - Budæ degit sine ulla exacerbatione.

### C A S U S VII.

MARTINUS STRIGEL, annum ægens 35 ingressus est Nosocomium die 25 Augusti 1778 cum ulcere cruris dextri supra malleolum internum: habuit hoc in loco mense Februario tumorem purulentum, quem dum persanasset brevi, infelici casu partes has quinque ante septimanas contusione saucias reddidit, malaque medendi methodo in ulcus malæ notæ, latitudinem unius longitudinem duorum pollicum æquans, degenerare fecit, quod die 8 Octobris medendi nostræ methodus debellavit, quantumque ei confidere liceat, ostendit, dum sanum ipsum hominem Gyöngyösinis his feriis vidi.

### C A S U S VIII.

ANNA MARIA LEIDGIB, annorum 40 manuum opera victitans, venit in Nosocomium die 5 Septembris 1778 cum ulceribus cruris inveteratis: origo horum erat frictio rudior: cum enim vice quadam pruritus in pede sinistro

nistro acciperet, ab eoqve fricando liberare vellet se se, cutem enim læserat sub poplite. Inde sensim emanabat ulcus, cui dum methodo nostra medebamur, tumor natus supra ulcus protrahebatur: verum dum & hunc per cataplasmata in abscessum abire fecissemus, novæqve curæ institissemus, curatam integre feminam dimisimus die 11 Martii 1779.

### C A S U S IX.

THERESIA KIRCHENMAJER, annorum 38 femina servilis, 1778 die 18 Septembris venerat in Nosocomium cum ulcere cruris sinistri inveterato, quod acceperat a tumore erysipelatoso neglecto, 1 Octobris ulcera deteriora fiunt, ægra debilitatur, appetitum amittit, verbo febrim accipit putridam! Quamobrem abstinendum fuit a syrupo nostro prædicto, præmissisqve emeticis antiseptica sumit: exsiccatulcus sponte, ægra in deterius ruit, die 9 Octobris moritur.

### C A S U S X.

JOSEPHUS ÖRDÖG, annum ætatis agens 36, murarius, habitus chacheæici, venit in Nosocomium 14 Octobris 1778 cum ulceribus inveteratis, ita ut integris 6 annis ea gesserit, a malleolo exter-



no usque ad tibiæ partem mediam extensa: ortum duxerunt ex pruritu quem dum scalptu incauto evertere fludivisset, & incipienti auctoque sensim malo medelam ferre neglexisset, nobis supplex factus methodo nostra consueta tractabatur; a qua diarrhœa 16<sup>a</sup> accedens nos recedere & ad salina accedere fecit, quæ diarrhœam quidem 19<sup>a</sup> compescuerunt at vulnerebus exigua medela fuerunt, nosque camphoræ insperfusionem saccharo tentare coegerunt. Hæc quoque dum optatum successum habuerunt minime, die 10 Decembr. denuo ad aquæ Phagadenicæ usum nos convertimus: a qua demum applicata emendari quotidie videbatur malum, & ad sanandum perfecte spes erat, ni spem hanc interturbasset ipse æger, qui, dum diætâ Nosocomii sibi non placuisset, die 15 Decembris infalutato hospite Nosocomio valedixit.

## C A S U S XI.

SUSANNA SUROFF, mendica annor. 69 venit in Nosocomium die 9 Novembris 1778 cum ulcere cruris ab ictu externo originem trahente. Gestavit hoc ulcus integerrimos annos 20 super malleolo externo, quod dum no-

stram opem expetebat, 5 digitos longum 2 latum ostendebat. Methodo nostra consueta dum tractaretur, cum nulla creatura mortem subterfugere possit, die 24 finem vitæ posuit.

### C A S U S XII.

JOANNES HELD, annos natus 25, lanio, venerat in Nosocomium die 10 Decembris 1778 cum ulcere inveterato cruris, quod ortum duxit, dum pustulam in tibia acceperat, ex qua fricando ulcus enatum sensim magis serpebat. Tractatum more consueto ulcus emendabatur. Ast impatiens homo die 15 Febr. 1780 nondum perfecte curatus discessit.

### C A S U S XIII.

MICHAEL HUTTI, famulus ann. 25 venerat in Nosocomium die 26 Februarii 1778 cum ulcere inveterato cruris. Fuit ante sex annos Tömösvarini, febre intermittente per medium annum laboravit: post hanc curatam scabiem in utroque pede accepit, scalpendo ab initio parvum ulcusculum dein majus enatum. Die 13 Maji nostra medela curatus est.

### C A S U S XIV.

THERESIA DASCHECK, annos nata 22 venit in Nosocomium die 18

Aprilis 1779 cum ulcere inveterato crisi, orto ab ambustione. Vulnus ipsum aqua Phagadenica deligabatur, interne autem dabatur mel nitro camphoratum. In locum enim syrapi fumarix ad sumptus Nosocomii evitandos, camphoram & nitrum cum melle puro miscemus, hocque melle eodem modo, ac præ-nominato syrupo, utimur cum decocto purificante ex Bardana, interponendo sæpius purgantem pulverem. His usa die 31 April. convaluit, nosque impulit, ut & sequentibus non syrupum amplius sed mel nitro camphoratum daremus.

### C A S U S XV.

THERESIA FRAIBEL, annor. 37  
2 Julii 1779 delata est in Nosocomium. Duobus aut tribus abhinc mensibus dum nudipes incederet, in plantam spinam piscium infixit: ad quod illico inflammatio in suppurationem transiens orta fuit, ex qua ulcus malæ notæ. Nostræ subijcitur methodo, qua usa die 9 Augusti sana Nosocomio valedixit.

### C A S U S XVI.

JOSEPHUS HORAK, 32 annos natus, venerat in Nosocomium 23 Julii 1779 cum ulcere pedis. Læserat hic cla-

vo sibi calcem, quam læsionem illico subsequēbatur inflammatio, haec suppuratio excepit: fiebat inde ulcus in calce ad magnitudinem ovi, & cum admodum impurum fuerit, applicabantur digestiva & emollientia: tandem cura ordinaria emendabatur quotidie, & die 4 Octobris ulcus ex integro curatum erat; verum in ambulando denuo pars affecta irritabatur, ulcus recrudescēbat de novo. Æger 25 Octobris febrī intermittente correptus, indeqve liberatus, 10<sup>a</sup> 9bris curatus discessit.

### C A S U S XVII.

BARBARA WAGNER, annorum 50, mulier servilis, 15 Augusti 1779 venerat in Nosocomium cum ulcere inveterato cruris. A decimo ætatis suæ anno ulcere cruris laborabat 4 pollices lato, & 5 longo, a quo aliquoties in eodem Nosocomio ante adventum Universitatis, sed quibus medelis ignoratur, curata fuit: subjecta nostræ curæ die 14 Febr. 1780 sana discessit.

### C A S U S XVIII.

ANNA PASAROVA, Coqva annos nata 25, intravit Nosocomium die 8 Octobris 1779 cum ulcere cruris dextri,

alias' optime prospiciens, nullo morbo nec defectu mensum laborans, est ante 9 menses tumorem erysipelatosum in suppurationem abeuntem passa: cui cum unguentum aliquod domesticum applicuissent, in ulcus degeneravit, ex quo nostris medicis adhibitis die 26 Novembr. sanata discessit.

### C A S U S XIX.

JOSEPHUS ERDVEIN, futor annum agens 21 advenit 1779. 28 Nov. cum ulceribus cruris, hic ante duos annos pruritus habens perpetuis frictionibus in inflammationem & inde natum ulcus transmutavit eundem. Anno dei 1779. a die 20 Junii usque 28 in Nosocomio se detinuit; est regulis Nosocomii obedire nolens discessit. Ubi vero malum continuum augmentum cepisset, die supra dicto curam Nosocomii petiit, hinc petitioni ejus ut satisfiat, susceptus moreque solito tractatus die 28 Novembris sanus cum gratiarum actione valedixit.

### C A S U S XX.

CAROLUS KRAUS, lanio annor. 40 die 25 Novembr. 1779 cum ulcere cruris Nosocomium ingressus est. Ulcus hoc ante medium annum eodem modo exordium sumpsit, ut priore casu dictum.

Dum intrasset, feбри biliosa qvøqve correptus fuerat, unde brevi liberatus. Curam ad ulcus direximus, qvød etiam jamjam ex integro curatum fuisset, ni morbo Nosocomii putrido ( qvi nobis tanta in cura mala generat propter ædificium male constructum) finem vitæ suæ die 18 Januarii 1780 imposuisset.

### C A S U S XXI.

LAURENTIUS HAUSER, mendicus anno ætatis suæ 30 ingressus Nosocomium cum ulcere cruris. Hoc ulcus originem sumpsisse asserit, dum ante 10 annos ipso in Nosocomio propter morbum vesicans applicuissent, cujus perfectam sanationem expectare nolens exivit; qvød tandem a sua immunditie eo usqve serpebat, ut ejus longitudo sex pollices, latitudo 5 fere habuerit, dum 15 Dec. 1779 ad nos delatus nostræ curæ subjectus fuisset. Continuando eandem curam ingens hoc ulcus ita minuebatur, ut magnitudinem unius denarii æqvaret, penitusqve curandum erat, ni (ut mos plurimorum mendicorum esse solet) potator ingens fuisset; mendicationis enim & potus (ob qvød tunc sæpe puniebatur) desiderio allectus die 23 Februarii 1780 discessisset.

## C A S U S XXII.

MARIANA ELAMPFER, vidua annor. 55 intravit Nosocomium die 15 Decembris 1779 cum ulcere inveterato pedis utriusque, cujus originem quoque pruritus fecit ante 4 annos. Quæ usa remediis die 14 Januar. 1780 sana abiit.

## C A S U S XXIII.

EVA MANKIN, vetula 70 annor. advenit 1 Januarii 1780 cum ulcere cruris. Hæc ante 20 annos, dum menstrua cessassent, acquisivit eryſipelatosum tumorem in suppurationem abeuntem: inde remanens ulcus longitudinem 8 poll. latitudinem 6 habens. Nobis pro cura traditur: quod ulcus perpetuo post depurationem factam angustabatur; verum febris lenta correpta vivere desiit die 11 Septembris 1780.

## C A S U S XXIV.

JOANNES HÖLTZL, rusticus annor. 38 advenit 3 Januarii 1780 cum ulcere cruris, cujus longitudo 5 latitudo 4 pollices æquabat, & quod jam a tribus annis in medio tibie gestavit, sæpiusque exsiccatibus remediis sanavit; sed malum paulo post recrudit. Simul

bubonem secum tulit: quapropter bubone aperto ulcus in ingvine & crure  $\nabla^a$  Phagedenica ligabatur, interne decoctum Bardanæ, pil. ex Mer. gum. mane & vespri No 6. nec non mel nitro camphoratum bis de die usurpabatur, sicque 22 Maji sanato ulcere cruris, nondum vero integre sanato ulcere maligno venereo ingvinis, Nosocomium deseruit: ad quod cum Phagadenica nullum effectum præstitisset, solutio sublimati aquosa applicabatur, ultimo vero optimo cum effectu sequens formula

R. Camph.  $\xi\text{ss}$ .

G. Arab.  $\zeta\text{ij}$  F. c. s. q.  $\nabla^a$  mucilago, cui adde  $\text{ʒ}$  præc. rubr.  $\text{ʒ}\text{ss}$ . adhibita fuit.

### C A S U S XXV.

JOSEPHUS HUBER, mendicus annorum 37 venit cum ulceribus pedis utriusque die 5 Jan. 1780 Is ante sex annos gangrænastica laboravit, feliciterque separatio facta est; adhibita remedia cum extirpatione aliquot ossiculorum metatarsi, verum perfectam ulceris sanationem cum nollet expectare, Nosocomio deserto mendicando vixit, sicque immunditie sua scorbuticisque humoribus ulcus ultro propagavit, ac



tandem in Nosocomio diarrhœa, & sudor colliqvativus ipsum invaserunt, quæ symptomata præstantissimis etiam adhibitis remediis cedere volebant usque ad finem vitæ, ulcus tamen in sinistro pede, methodo nostra, etsi pessimos haberit humores, consolidabatur.

### C A S U S XXVI.

JOANNES ORDVEGER, rusticus 25 agens annum venit in Nosocomium die 27 Januarii 1780 cum ulcere cruris: is ante 9 menses casu infelici circa Tibiam contusionem acquisivit, quæ tandem in ulcustale migravit, ut ferme ossa conspicerentur. A nostra methodo ordinaria, quæ cum effectu adhibebatur, cessandum fuit ob dysenteriam putridam, ex qua mortuus est 18 Februar. 1780.

### C A S U S XXVII.

MEDARDUS SCHINBRUN, Faber lignarius annos natus 25 venit in Nosocomium cum ulceribus cruris utriusque: in dextro crure ulceris longitudo & latitudo habebat 5 pollices, in sinistro longitudo 4 latitudo  $2\frac{1}{2}$ . Hic vir per annum febri intermittente laboravit, ac tandem tumorem in suppurationem abeuntem acquisivit in utroque crure,

hinc ubi ulcus fere gangrænosum continuo ultra serpendo partes eroderet, intravit in Nosocomium: cui ad depurationem Fomentum ex cort. & fol. salicis dabantur, depurato vero ulcere nostra methodo tractatus, ubi jam ulcera nil doloris & immunditiei habebant, vices infirmarii egit: cum vero & nostri infirmarii in eodem cum ægrotis cubili aere putrido repleto degunt, semel diarrhœam & febrim biliosam, binis vicibus vero morbum putridum perpeffus, nil obstante tamen ulcera pulcherrime sanata sunt: ad diem 19 Februar. 1781 post ulcera sanata cum adhuc in eodem aere versaretur, causam prædisponentem a vitiis in 6 rebus non naturalibus commissis in corpore habens denuo putrido morbo correptus est: unde dum liberatus fuisset consilio Cl. Professorum aërem ut vitaret putridum, e Nosocomio discessit. Cujus die 20 mensis Novembris ann. 1781 propter quædam negotia ad me venientis pedes lustravi, an non novæ aliquæ exulcerationis species adûnt; verum locus ulceris solidissima cute tectus fuit: unde credo nil metuedum esse sinistra.

## C A S U S XXVIII.

GEORGIUS FISCHER, Pistor 22 annos natus venerat in Nosocomium die 28 August. anno 1780 cum ulcere malleoli pedis sinistri. Cum ante 14. circiter hebd. in lapidem eundo impingeret, læserat sibi dictam partem, quam negligendo, ulcus accepit. Applicabatur ei primo ob signa metuendæ gangrænæ catplas. ex cortice salicis & foliis, & semine lini, tandem bals. arcæi & thereb. ac denique  $\nabla^a$  phag. cum melle camphorato, die 14 Sept. incuratus clam abiit.

## C A S U S XIX.

ELISABETHA LISKI, ancilla 12 annorum A. 1780 die 15 Septembris venerat in Nosocomium cum ulcere cruris dextri: impegerat in aculeum quendam, hinc ab initio ulcus parvum, dein majus accepit: ió curata est methodo nostra.

## C A S U S XXX.

MICHAEL FÖSZ, annor. 23 venerat in Nosocomium 27 Septembr. 1780. Ante annum impegerat cum malleolo interno in obicem aliquem, unde ulcusculum accepit & neglexit, quod sensim increvit, ita ut late serperet. Curabatur methodo consueta: 30 Octobr,

incidit in febrim biliosam, a qua etiam curatus erat; 28 Decembr. ulcus pejoratur: hinc  $\delta$  cort. cum camphora inspergitur, &  $\nabla^a$  veg. miner. fomentatur: 18 Januar. 1781 ulcus fit fungosum, applicatur catapl. ex cort. salicis, foliis salicis,  $\delta$  semine lini et lacte, lavatur decocto cort. salicis cum  $\Omega^u$  sal. marin. pars fungosa se dein separavit: rediimus ad mel nitr. camphoratum: 26<sup>a</sup> accipit motus convulsivos sine ulla causa manifesta, & talem motum quotidie semel accepit: ideo præscribetur ipsi decoct. cort. Peruv. cum camph. lau. liquid. SYD. syr. menthæ; motus convulsivi semper augentur; sumit mixt. opiatam, &  $\text{q}$  gummosum mane & vesperi: post maximas convulsiones tandem exspiravit.

### C A S U S XXXI.

JOSEPHUS GRELL, Musicus 39 annos habens venerat in Nosocomium 29 Septembr. 1780 cum ulcere cruris in sinistro pede: oriebatur ipsi pustula pruriens in pede sinistro ante 5 circiter hebdomades, & ubi scalperet, quotidie major evaserat; donec tandem in ulcus prorumperet: applicatur  $\nabla^a$  Phsg. & cætera nota; interne mel camph. Die 5 Decemb. in febrim putridam Nosocomialem incidit, & 19<sup>a</sup> mortuus est.

## C A S U S XXXII.

ANNA TOMKOVICS, ancilla annorum 24 venerat in Nosocomium die 21 Novembr. 1780 cum ulcere cruris dextri a pustula ortum ducente. Methodo solita curata 18 Decembr. discessit.

## C A S U S XXXIII.

JOANNES NERER, rusticus annor. 50 venerat in Nosocomium 25 Novembris 1780 cum ulcere cruris dextri, 3 pollices longo duos lato; curatur methodo solita: 18 Jan. 1781 discessit.

## C A S U S XXXIV.

MARTINUS COMINKO, mendicus annor. 31 die 22 Novembr. 1780 venerat in Nosocomium cum ulcere cruris dextri, quo jam a 13 abhinc annis laborabat; fuerat hoc ulcus 7 pollices longum & 5 latum: applicata  $\nabla^a$  Phag. & in usum internum adhibito melle nitrocamphorato dolores aliquantum sopiuntur. 7 Decembr. accipit incontinentiam urinæ ob paralysim vesicæ: quamobrem ad os sacrum applicabatur ipsi vesicans, & a

malo dicto liberatus est. 1 Februar. ulcus  
 fit fungosum: applicatur cataplasma ex  $\text{℥}$   
 fol. & cort. salicis cum semine lini &  
 lacte, & pro fomento decoct. salicis  
 cum  $\text{℞}$  salis acid. interpolatis vicibus  
 datur purgans: 1 Mart. ulcus vehemen-  
 ter fungosum factum; inspergitur alumen  
 ustum, & fomentum prius adhibetur, 8<sup>a</sup>  
 pars fungosa separatur: præter mel cam-  
 phor. sumit  $\text{℥}$  cort. Peruv. bis de die  
 $\text{℥j}$ : purius evadit ulcus ad hæc adhibita;  
 quia tamen continuat esse fungosum, in-  
 terne dabatur  $\text{℥}$  fl. arnicæ, externe cata-  
 plasma superius dictum & fomentum  
 pristinum: 12<sup>a</sup> quia priora nihil profece-  
 re, alumen ustum cum  $\text{℥}$  præc. insper-  
 mus: 26 interne iterum mel. camph. su-  
 mitur,  $\text{℥}$  flor. arnic. omittitur, deligatur  
 pars fungosa solutione lapidis inferu. ad  
 $\text{℥j}$  in  $\nabla^x$   $\text{℥j}$ : nulla emendatio: omittitur  
 solutio infernal. lapid. adhibetur pro fo-  
 mento decoct. foliorum nucis: ad hoc do-  
 lores summos est passus, die 7 Maj. o-  
 mittitur decoct. foliorum nucis & su-  
 mitur sequens

R.  $\nabla^x$  font.  $\text{℥j}$

Vitrioli albi  $\text{℥j}$

Mellis communis  $\text{℥j}$ : dolores  
 aliquantum sopiuntur; ast profluit ichor  
 cruentus: solutio vitriol. diluitur cum  $\text{℥j}$

decocti foliorum nuc : fungosa pars minuitur, dolores tamen maguos sentit: ideo solutio hæc miscetur cum mucilag. arabici, dolores imminuuntur, ulcus jam depuratum ita dietim imminuitur ad applicata denuo nostra remedia, ut vix jam tres pollices æqvaret; verum Junii 15 impatiens tam diuturnæ mœdelæ retineri amplius in Nosocomio non potuit.

### C A S U S XXXV.

ANNA MARIA G . . . . ancilla 22 annor. venerat in Nosocomium anno 1781. 20 Julii cum ulcere cruris utriusque, quod acceperat tempore Bachanaliū ab angustiis nimium calceis & excessu in factu: intumuit inde pes, inflammabatur, & in gangrænam abierat. Curata quidem ab hoc malo est, sed recepit ulcera cruris utriusque: tractatur methodo solita; 6<sup>a</sup> August. accepit abscessum in fovea subaxillari dextra, cui applicabatur catapl. emoll. & empl. Diachilon cum gummat. quæ abscessum brevi in suppurationem degenerare fecerunt; cum vero simul se fluore albo venereo laborare detexisset; ordinabantur ipsi (præter dictum mel nitrocam.

camphoratum & decoctum purificans )  
 pil ex ꝑ gummoso usui interno, ex-  
 terno autem pro injectione ad vaginam  
 solutio ꝑ subl. corros. constans ex

R. G. Arabici ꝑij

ꝑ subl. corr. gr. iijꝑ

▽ Font. ꝑbj. M. D. usui, qua

solutione sublimati aquosa dietim 4 in-  
 jectio fiebat, quibus usu adhibitis libe-  
 ra ab utroque malo die 24 Septembr.  
 discessit. Tali methodo recordor mul-  
 tas fluore albo venereo laborantes hic  
 in Nosocomio curatas fuisse, nec non  
 bono cum successu dictam solutionem  
 in viris gonorrhœa laborantibus ure-  
 thræ injecimus.

## C A S U S XXXVI.

JOSEPHUS LEITHNER, anno æta-  
 tis 21 venerat in Nosocomium cum ul-  
 ceribus inveteratis crurum die 22 O-  
 ctobris 1781. 3 Decembr. sanatus dis-  
 cessit. Ulcera vero illa initium ante 5  
 annos sumpserunt. Hic quoque dysen-  
 teria putrida correptus est; quæ tamen  
 in cura ulcerum nos nil retardavit,  
 quo morbo hoc anno ferme omnes



qualicunqꝛ morbo decumbentes imo  
reconvalescentes ab aere Nosocomii pu-  
trido mensib. Novembr. & Decembr.  
correpti sunt.

\* \* \*

SYRUPUS NITRO - CAMPHO-  
RATUS.

R. Camphoræ ʒj  
G. Arabici ʒij  
F. c. suff. qv. ▽æ mucus cui  
adde  
Nitr. puri ʒij  
Syr. fumariz, vel  
Mellis vulg. ʒjv. M. D. U.  
fumat m. & v. cochl. ij.



# THESES.

E X

## MEDICINA PRACTICA.

---

I.

Morbi hæreditarii sine sufficienti ratione a quibusdam negantur.

II.

Ophthalmias solo aspectu oculorum inflammatorum contrahi posse nondum luculenta experientia docuit.

III.

Diarrhœa in peripneumonia illa tantum est metuenda, quæ sputa supprimit, & vires prosternit.

IV.

Febres larvatæ e febrium classe male a quibusdam expunguntur.

## V.

Phthisim veram pulmonalem nondum vera fide constat fuisse unquam sanatam.

## VI.

Spinæ bifidæ curatio certa nondum innotuit.

## VII.

Membrana tympani non videtur ad auditum esse immediate necessaria.



# ARTE OBSTETRICIA.

---

## VIII.

**A**xis pelveos, in horizontem continuatus, non cadit perpendiculariter, sed angulum acutum cum eo intercipit. Axim pelvis ossi coccygis non insilire, sed per ani centrum transire, mensura docet.

## IX.

In partu gemellorum placenta relinquenda, donec ambo exclusi sunt.

## X.

Fœtor cadaverosus e genitalibus exhalans, non certum semper fœtus mortui indicium est.

## XI.

Sectio Cæsarea bene instituitur in casu indicato, nam etsi anceps remedium, tamen solum est indicatum & necessarium.

## XII.

Synchondrotomia operationi cæsareæ in capitis ob molem nimiam inclinatione præferenda est.

## XIII.

Pulmo in aqua natans non est infallibile indicium, infantem post partum vixisse.

## XIV.

Subito contingens fœtus versio in caput, circa finem graviditatis, vulgaris sed falsa est opinio.

## XV.

Vivificatio & animatio foetus, eo, quo conceptio fit, momento fiunt.

## XVI.

Carunculæ myrtiformes non sunt reliquæ membranæ hymenis disruptæ.

## XVII.

Mammæ lacte turgescētes, non dant signum corruptæ virginitatis.

## XVIII.

Abhorrendum obstetricanti ab omni genere instrumentorum, & ad hæc non nisi summa necessitate confugiendum.

E X

# C. H I R U R G I A.

---

## XIX.

**N**ec frigida nec calida epithemata in qualibet herniæ incarceratæ specie conveniunt.

## XX.

Licet trépanum futuris admovere,

## XXI.

Exinde quod alvus respondeat, male concluditur, herniam non esse incarceratam.

## XXII.

Materiem acrem ex ulcere quodam critice stillantem per adstringentia repellere, ignorantia, vel neas est.

## XXIII.

Labium Leporinum fascia uniente facilius & securius quam sutura cruenta sanatur.

## XXIV.

In hernia incarcerata aliquando meliori cum successu adstringentibus; aliquando autem emollientibus utimur.

## XXV.

Arteriotomia non plane ex remediorum numero extirpanda.

## XXVI.

Non est cur venæ sectionem in crisi justo longius cessante, symptomatibus autem bene circumspēctis, timeamus.

# ERRATA.

---

Pag.	lin.	loco.	lege.
9	7	.	,
22	23	incalesens	incalescens
33	5	agra	ægra
50	12	tevocare	revocare
60	13 14	ab ab ultimo	ab ultimo
66	26	colio	collo
74	13	(e)	(f)
-	14	(f)	(g)
-	25	(g)	(b)
75	18	(b)	(i)
-	22	(i)	(k)
-	-	(k)	(l)
93	5	parus	partus.
121	Cap. II. lin.	8 adde	augebantur.
124	I.	3 cochlearium-cochlearium	
130	X.	10 vulneribus	ulceribus
131	XIII.	3 1778	1779.
132	XIV.	2 Vulus ipsum	Ulcus ipsum
134	XIX.	13 Novembr.	Decembr.
137	XXIV.	3 Phageien.	Phagaden.
-	XXV.	5 adhibita	ad adhibita
140		XIX	XXIX.
-	XXIX.	6 16 curata	16 Octobr. curata.